

2
3
132








XXXIV

ARCVD. de

Purgatorio



VTRVM DETVR PVRGATORIVM

Et an illud ſit

PER IGNEM.

AVCTORE

PETRO ARCVDIO CORCYRAEO.





ROMÆ,
Typis & impenſis Sacr. Congr. de Prop. Fide.
MDCXXXII.
SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur ſi placet Reuerendiſſ. P.M.S.Palatij Apoſtolici.

A.Torniellus Vicesg.

Imprimatur.

Fr.Nicolaus Riccardius S.Pal. Apoſt. Magiſter, Ordinis Prædicatorum.

Vtrum detur Purgatorium, &, An illud ſit per ignem.

CAPVT I.

De ſignificatione Purgatorij.

QVONIAM pœnitentia ſalutaris iuxta quantitatem, & qualitatem criminũ in hoc, vel in futuro ſæculo ſubeunda eſt, & ſunt nonnulli Græcorum poſteriores educati in ſchiſmate, qui circa hunc pũctum fidei quodammodo claudicant, exiſtimantes eſſe rem ἀδιάφορον hoc vel illo modo quis doceat, teneatq. idcircò nõ abs re fore iudicaui, ſi ſuperioribus queſtionibus, hanc poſtremo loco adiunxero, nihil curando de Hæreticis Septentrionalibus, quos in hac materia innumeri Catholicorum confutarunt, & exploſerunt.

Antequam verò quæſtionem ipſam aggrediar, duo præmittenda ſunt. Alterum, quod ſpectat ad nomen, non quicquid purgat vocatur Purgatorium, quod etiã notat Bellarminus; nam & Chriſtus purgationem peccatorum facit, nec ob id appellatur Purgatorium. Item tribulationes purgant iuſtos, nec his eiuſmodi nomen conuenit, ſed communiter & paſſim vſitata ſignificatione Purgatorium dicitur locus quidam ſubterraneus, Inferno damnatorum proximus, in quo animæ, quæ non fuerunt plenè purgatæ in hac vita, detentæ tamquam in carcere emundantur in altera, vt tandem ingredi valeant in cœlum, quò nihil intrabit coinquinatum. Et cèrtum eſt id nominis nulla ratio-

nę quadrare posse Inferno damnatorum. Non enim damnati affliguntur vt purgentur, sed vt in æternum impuri & sordidi remanentes, damnationis suæ pœnas luant. Item Baptismus ritè susceptus delet omnem reatum, & pœnam peccatorum, ideoque vocatur κάθαρσις, & tamen non appellatur καθαρτήριον. Vnde Nazianzenus Oratione Εἰς τὸν πατέρα σιωπῶντα διὰ τὴν πληγὴν τῆς χαλάζης. In patrem silentem propter plagam grandinis, ait: Βέλτιον ἐστὶ νῦν παιδευθῆναι, καὶ καθαρισθῆναι, ἢ τῇ ἐκεῖθεν βασαίῳ παραπεμφθῆναι, ἡνίκα κολάσεως καιρὸς, οὐ καθάρσεως. Vbi Nazianzenus, non vt nonnulli perperam interpretantur, quasi neget Purgatorium, & duo loca extrema ponat, κάθαρσιν in hoc mundo, & κόλασιν αἰώνιον in altero; sed per κάθαρσιν omninò Baptismum intelligit, quod ex eo colligi potest, quia suo tempore Catechumeni non baptizabantur nisi Clinici & moribundi. Vnde coacti sunt sancti Patres egregias Orationes componere exhortatorias ad Baptismum. Quare sumpta occasione Nazianzenus de Plaga grandinis, ante medium, hortatur populum ad suscipiendum Baptismum, & ait, melius esse in hoc mundo puniri, quàm in altero. Solet enim Deus huiusmodi homines ἀβαπτίστους, non baptizatos, diuersis afflictionibus castigare. Legenda est elegantissima Oratio in sanctum Baptisma eiusdem Doctoris, vbi passim reperitur pro significatione Baptismi hæc vox κάθαρσις. Et notandum est, quòd Baptismum vocet, Φῶς, quia sit splendor, & claritas. Quocirca inferius infert: Φῶς καὶ ἡ ἐκεῖθεν λαμπρότης τοῖς ἐνταῦθα κεκαθαρμένοις, ἡνίκα ἐκλάμψουσιν οἱ δίκαιοι ὡς ὁ ἥλιος. Et infra, notanda sunt illa verba, Ἡ τοῦ βαπτίσματος χάρις, καὶ δύναμις οὐ κόσμου κατακλυσμὸν ὡς πάλαι. τῆς δὲ τοῦ καθ' ἕκαστον ἁμαρτίας κάθαρσιν ἔχουσα. Et infra non omittas

legere illa alia verba: Ἀγαπῴην ἂν ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς χρήζω φιλανθρωπίας, πλὴν μὴ δευτέρας δεηθῆναι καθάρσεως, ἀλλὰ στῆναι μέχρι τῆς πρώτης ἄμεινον, ἣν κοινὴν οἶδα πᾶσι, καὶ ἄμισθον, καὶ ὁμότιμον, δούλοις, δεσπόταις, καὶ τὰ ἑξῆς. Et in summa hortatur nos Sanctus μεταχεῖν καθαρσίων ὑδάτων. Et infra, introducit eos, qui recusabant statim suscipere Baptismum his verbis: Ἀλλὰ φοβῇ μὴ διαφθείρῃς τὸ χάρισμα, καὶ διὰ τοῦτο ἀναβάλλῃ τὴν κάθαρσιν, ὡς δευτέραν οὐκ ἔχων;

Alterum notandum est, mihi non esse animum, omnia loca Scripturæ in medium adducere, & diligenter excutere, quæ probant purgatorium, cùm non pauca ex illis varias admittant expositiones, sed quæ maiorem fidem Græcis faciant, addita præsertim sanctorum Patrum Græcorum clara interpretatione, & auctoritate; neque omnia argumenta proponere, sed quæ Græci nostri temporis vrgere solent.

Porrò itaque titulus quæstionis sit,

CAPVT II.

Vtrum detur Purgatorium, &, An illud sit per ignem.

Prima sententia de Purgatorio.

REperiuntur autem ea de re tres sententiæ. Prima est negantium omninò dari Purgatorium, quippe opinantur iustos vita functos nō esse adhuc assecutos præmia beatitudinis, nec peccatores damnatos, sed expectare postremum diem iudicij, quam aliquot rationibus friuolis probant.

 Sit

Sit igitur eorum primum hoc argumentum, Dæmones nondum cruciantur, ſed in die iudicij detrudentur in abyſſum, ergo à contrario iuſti non receperunt præmia. Antecedens probatur Matth. 7. veniſti ante tempus torquere nos. Deinde probatur auctoritate Iuſtini Martyris, qui in prima & ſecunda Apologia pro Chriſtianis ſæpius repetit, Dæmones igni ſempiterno tradendos, nondum tamen traditos. Et Irenæus lib. 5. aduerſus hæreſes vltrà medium: Benè, inquit, Iuſtinus dixit quoniam ante Domini aduentum numquam auſus eſt Satanas blaſphemare Deum, quippe nondum ſciens ſuam damnationem, quoniam & in Parabolis, & in Allegorijs, & Prophetis de eo ſic dictum eſt, poſt autem aduentum Domini ex ſermonibus Chriſti, & Apoſtolorum eius diſcens manifeſtè, quoniam ignis æternus ei paratus eſt ex ſua voluntate abſcedenti à Deo, & omnibus qui perſeuerant ſine pœnitentia in apoſtaſia per huiuſmodi homines blaſphemat ipſum Deum, qui iudicium importet, qua ſententia condemnatus, & peccatum ſuæ apoſtaſiæ conditori ſuo imputat, & non ſuæ voluntati, & ſententiæ.

Hanc ſententiam ſequutus eſt etiam S. Epiphanius in hæreſi Sethianorum, vbi affirmat Dæmones non modò damnationem ſuam ignoraſſe, ſed etiam ſalutem per Chriſti aduentum ſperaſſe, ſed cùm viderent nihil à Chriſto pro Dæmonibus fieri, tum demum de ſalute deſperaſſe, & per hæreticos Deum blaſphemare cœpiſſe. Oecumenius in fine Epiſtolæ primæ Petri idem affirmat ex Iuſtino. Et Cyrillus in libris contra Iulianum hanc etiam approbat.

Secundum argumentum, quia cùm anima peccauerit vnà cum corpore, non eſt æquum vt puniatur

ſine

fine corpore, quod vtique putridum non resurget, nisi in die iudicij, alioquin si modò puniretur anima, frustra fieret iudicium. Er confirmatur hoc totum testimonio grauissimo Pauli Apostoli ad Hebr. cap. 11. Οὗτοι πάντες μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν, τοῦ θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσιν. Hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consumarentur. Quem locum inserit in τριωδίῳ Nicephorus Callistus Xanthopulus, vbi etiam adducit cranium cuiusdam gentilis, quod loquitur cum Macario Eremita, & alias huiusmodi fabulas.

Addunt aliud testimonium sanctorum Patrum, qui existimant omnes animas iustorum ante diem iudicij retineri in paradiso terrestri, neque admitti ad visionem beatificam Dei. Vnde cum nescirent soluere illud dictum Euangelicum, hodie mecū eris in Paradiso (non enim Christus Dominus, nisi post quadraginta dies ascendit in cælum) in hanc sententiam deuenere, vt per paradisum, terrestrem intelligerent, præsertim cùm & nomen paradisi conueniret, quod in sacra Scriptura significat locum illum deliciarum, in quo positus fuit Adam. Itaque Iustinus Martyr respondens ad quæstiones Orthodoxorum 75. 76. & 85. literis prodidit, paradisum illum nunc extare, & permansurum ad diem vsque iudicij, in eo loco versari Enoch, & Eliam, illuc esse ductum latronem, in eundem quoque locum deduci omnes animas iustorum, ibi gloriosam suorum corporum resurrectionem expectare. Eadem tradit Irenæus lib. 5. aduersus hæreses, & insuper addit hunc esse paradisum illum, ad quem raptus est Paulus, eiusque sententiæ suffragatores

laudat

laudat presbyteros Aſiæ Apoſtolorum diſcipulos.

Hanc ſententiam videtur ex parte approbare Chryſoſtomus tom. 5. qui continet varias orationes Εἰς διαφόρεις τῶν ἁγίων γραφῶν περικοπὰς. Oratione vij. cuius initium Πολλὰ παρεκάλεσα χθὲς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, vltra medium, ibi enim conatur ſoluere obiectionem Manichæorum, quæ erat huiuſmodi. Latro recepit mercedem, & præmium: Chriſtus enim dicit illi, hodie mecum eris in paradiſo, ſi ergo introiuit in paradiſum, vtique ſine corpore introiuit, nam corpus ſepultum fuit, & corruptum euaſit cinis & puluis, & nuſquam dicitur Chriſtus eum ſuſcitaſſe à mortuis, ergo corpora iam putrida non reſurgent. Chryſoſtomus vt ſoluat hoc argumentum negat Latronem iuiſſe in paradiſum cæleſtem, ſed terreſtrem, proindè nondum accepiſſe bona æterna. Quod inde probat Chryſoſtomus, quia Dominus pollicetur Nicodemo regnum cælorum, non paradiſum ſi renatus fuerit ex aqua & Spiritu, Latroni verò paradiſum. Porrò regnum cæleſte eſt huiuſmodi, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, &c. Sed paradiſum Adam aſpexit, habitauit in eo, non ergo intelligit bona æterna.

Manichæi contra inſtabant Chriſtum cùm loqueretur homini rudi & imperito, qui nihil ſciret de rebus cæleſtibus, noluiſſe dicere, hodie mecum eris in cælis, ſed in paradiſo, cùm tamen per nomen notius cęleſtia bona intelligeret.

Manichæi non admodum ſcitè ſecundò vrgent, nā latro petijt à Chriſto, vt memoriam ſui haberet in regno ſuo, regnum terreſtre non apparebat, ergo cæleſte intelligebat, præſertim poſt mortem, & illuminatus à Deo per miracula, vt agnoſceret Chriſtum.

Chry-

Chryſoſtomus tamen δέχομαι, inquit, accepto inſtantiam, & alio modo ſtudet diſſoluere difficultatem, Chriſtus ait, qui non credit in me iam iudicatus eſt, atqui nondum reſurrectio, nondum pœna, quid igitur iam iudicatus eſt? Et rurſus, Qui credit in Filium Dei, ait, tranſlatus eſt de morte ad vitam, & non dixit μεταβήσεται transferetur, ſed iã tranſlatus eſt, & hic rurſus à re præclarè geſta, & ille à peccato. Ita loquitur, tamquam res eſſent factæ, ſic etiam ad latronem dicit, eris mecum in paradiſo, tempore videlicet poſtremi iudicij, & confirmat hoc totum Chryſoſtomus exemplo medicorum, qui de agonizantibus proferunt eos iam eſſe mortuos, quamuis adhuc ſpirent. Affert etiam exemplum Adami, nam Deus dixit Adamo, & Euæ, quacumque die comederitis à ligno morte moriemini, cùm tamen eadem die Adam non ſit mortuus, ſed vixerit nongentos & amplius annos, mortuus eſt enim illo die τῇ ἀποφάσει, οὐ τῇ πείρᾳ, ſic etiam latro ingreſſus eſt cœlum, ideſt ingredietur die iudicij. Et hoc confirmat auctoritate Pauli ad Hebr. 11. quem locum ſupra citauimus contra nos. Οὗτοι τοίνυν ἐπιλαβόμενοι τοῦ χωρίου τούτου, φασίν· εἶπεν ὁ Χριστός, ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. οὐκοῦν ἀντίδοσις ἤδη γέγονε τῶν ἀγαθῶν, καὶ περιττὴ ἡ ἀνάστασις. εἰ γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπέλαβεν ὁ λῃστὴς τὰ ἀγαθά, τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ οὐκ ἀνέστη οὐδέπω καὶ τήμερον, οὐκ ἔσται σωμάτων λοιπὸν ἀνάστασις. ἆρα ἐνοήσατε τὸ λεχθέν, ἢ δεύτερον αὐτὸ πάλιν εἰπεῖν ἀνάγκη; ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. εἰσῆλθεν οὖν, φησίν, εἰς τὸν παράδεισον ὁ λῃστής, οὐ μετὰ τοῦ σώματος. πῶς γάρ, ὁπότε οὐκ ἐτάφη τὸ σῶμα αὐτοῦ, οὐδὲ διελύθη καὶ κόνις ἐγένετο; καὶ οὐδαμοῦ εἴρηται, ὅτι ἀνέστησεν ὁ Χριστὸς αὐτόν. εἰ δὲ εἰσήγαγε τὸν λῃστήν, καὶ χωρὶς τοῦ σώματος ἀπήλαυσε τῶν ἀγαθῶν, εὐδη-

Chryſoſtomi textus tom. 5. Oratione 7.

εὔδηλον ὅτι σώματος οὐκ ἔστιν ἀνάστασις. εἰ γὰρ ἦν σώματος ἀνάστασις, οὐκ ἂν εἶπε, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ, ἀλλ' ἐν τῷ καιρῷ τῆς συντελείας, ὅταν σωμάτων ἀνάστασις ᾖ· εἰ δὲ ἤδη εἰσήγαγε τὸν λῃστὴν, τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ φθαρὲν ἔμεινεν ἔξω, εὔδηλον ὅτι σωμάτων ἀνάστασις οὐκ ἔστιν.

Probat deinde Chryſoſtomus ex ſacra Scriptura dari reſurrectionem corporum. non animæ, quæ eſt immortalis: deinde conatur ſoluere difficultatem alio modo, vnde paulò infra ſic habet: Εἰσῆλθεν εἰς τὸν παράδεισον ὁ λῃστής, φησι. καὶ τί τοῦτο; μὴ γὰρ ταῦτά ἐστι τὰ ἀγαθὰ ἅπερ ὁ Θεὸς ἡμῖν ἐπαγγέλλεται; οὐκ ἀκούεις τοῦ Παύλου περὶ τὰ ἀγαθὰ ἐκεῖνα τί φησιν; ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. τὸν δὲ παράδεισον καὶ ὀφθαλμὸς εἶδε τοῦ Ἀδὰν, καὶ οὖς ἤκουσε, καὶ καρδία ἀνθρώπου ἐδέξατο. περὶ γὰρ αὐτοῦ τοσαύτας ἡμέρας διαλεγόμεθα. πῶς οὖν ἀπέλαβε τὰ ἀγαθὰ ὁ λῃστής; οὐ γὰρ εἰς παράδεισον ἐπαγγέλλεται εἰσαγαγεῖν ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανόν. Οὐ δὲ βασιλείαν παραδείσου, ἀλλὰ βασιλείαν οὐρανῶν ἐκήρυξεν. ἤρξατο γάρ, φησι, κηρύττειν καὶ λέγειν μετανοεῖτε. ἤγγικε γὰρ, οὐχ ἡ βασιλεία τοῦ παραδείσου, ἀλλ' ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. ἀπώλεσας μὲν γὰρ παράδεισον, ἔδωκε δέ σοι ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν, ἵνα καὶ τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν ἐπιδείξηται, καὶ τὸν διάβολον δάκῃ, δεικνὺς ὅτι κἂν μυρία τῷ τῶν ἀνθρώπων ἐπιβουλεύσῃ γένει, οὐδὲν ἔσται πλέον αὐτῷ, τοῦ Θεοῦ πρὸς μείζονα ἀεὶ τιμὴν ἡμᾶς ἀνάγοντος. ἀπώλεσας τοίνυν παράδεισον, καὶ ἀνέῳξέ σοι ὁ Θεὸς τὸν οὐρανόν. κατεδικάσθης πόνῳ προσκαίρῳ, καὶ ἐτιμήθης ζωῇ αἰωνίῳ. ἐκέλευσε τῇ γῇ ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνενεγκεῖν, καὶ ἐβλάστησέ σοι καρπὸν πνεύματος ἡ ψυχή. ὁρᾷς πῶς μείζων ἡ εὐπορία τῆς ζημίας; πῶς πλείων ὁ πλοῦτος; οἷόν τι λέγω. ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ γῆς καὶ ὕδατος, καὶ ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ. οὐκ ἐγένετο χρήσιμος ὁ πλασθεὶς, ἀλλὰ διεστράφη. οὐκ ἔτι λοιπὸν ἀπὸ γῆς καὶ ὕδατος αὐτὸν ἀναπλάττει,

πατέρες, ἀλλ' ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος. καὶ οὐκ ἔτι παράδει-
σον ἐπαγγέλλεται πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ βασιλείαν οὐρανῶν.
καὶ ὅπως, ἄκουε. Νικοδήμου γὰρ τοῦ ἄρχοντος τῶν Ἰουδαίων κα-
ταπεπληγμένου, καὶ τὴν ἐνταῦθα γέννησιν ἐπιζητοῦντος καὶ
λέγοντος, ἀδύνατον εἶναι γέροντα γεννηθῆναι ἄνωθεν, ὅρα πῶς
ὁ Χριστὸς σαφέστερον αὐτῷ ἀποκαλύπτει τῆς γεννήσεως τὸν τρό-
πον. ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται
εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. εἰ τοίνυν βασιλείαν
οὐρανῶν ἐπηγγείλατο, εἰς παράδεισον δὲ εἰσήγαγε τὸν λη-
στὴν, οὐδέπω ἀπέδωκεν αὐτῷ τὰ ἀγαθά. Ἀλλ' ἕτερόν τι
πρὸς τοῦτο λέγουσι. τὸν παράδεισόν, φασιν, ἐνταῦθα, οὐ τὸν
παράδεισον εἶπεν, ἀλλὰ τῷ τοῦ παραδείσου ὀνόματι τὴν βα-
σιλείαν τῶν οὐρανῶν ὠνόμασεν. ἐπειδὴ γὰρ πρὸς λῃστὴν διε-
λέγετο, ἄνθρωπον οὐδὲν ἀκηκοότα τῶν ὑψηλῶν δογμάτων, οὐδὲ
εἰδότα περὶ προφητείας, ἀλλὰ πάντα τὸν χρόνον ἐν ἐρημίαις
διατρίψαντα, καὶ φόνους ἐργασάμενον, καὶ μηδὲ παρακύψαν-
τά ποτε εἰς ἐκκλησίαν, μήτε μετασχόντα θείας ἀκροάσεως, μὴ
εἰδότα τί ποτέ ἐστι βασιλεία τῶν οὐρανῶν, τοῦτο ἔλεγε, σήμερον
μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. τῷ γνωριμωτέρῳ καὶ συνη-
θεστέρῳ ὀνόματι τοῦ παραδείσου τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν
δηλοῖ, καὶ περὶ ἐκείνης αὐτῷ διαλέγεται ὁ Χριστός. δέχομαι.
οὐκοῦν φησιν, εἰσῆλθεν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. πόθεν
δῆλον; ἐξ ὧν εἶπε, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παρα-
δείσῳ. εἰ δὲ βιαστέρα ἡ λύσις αὕτη, τὴν σαφεστέραν ἐπά-
ξομεν. Τίς οὖν ἐστιν αὕτη; εἶπεν ὁ Χριστὸς, ὁ μὴ πι-
στεύων εἰς τὸν υἱὸν, ἤδη κέκριται. τί οὖν; ἤδη κέκριται; καὶ
τοι οὔπω ἀνάστασις, οὔπω κόλασις καὶ τιμωρία. πῶς οὖν ἤδη
κέκριται; ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. καὶ πάλιν, ὁ πιστεύων εἰς τὸν
ὑόν, φησι, μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν. καὶ
οὐκ εἶπε, μεταβήσεται, ἀλλ', ἤδη μεταβέβηκε. καὶ οὗτος πά-
λιν ἀπὸ τοῦ κατορθώματος, κἀκεῖνος πάλιν ἀπὸ τοῦ ἁμαρτήμα-
τος. ὥσπερ οὖν ἐκεῖνος κέκριται μηδέπω κρινόμενος, κἀκεῖ-
νος μεταβέβηκεν εἰς τὴν ζωὴν μηδέπω μεταβὰς, καὶ πρὸς

ἐκεῖνον ἀπὸ τοῦ κατορθώματος, καὶ πρὸς τοῦτον ἀπὸ τοῦ ἁμαρτήματος, ὡς γεγενημένων δὴ πραγμάτων, οὔπω γεγενημένων διαλέγεται. οὕτω καὶ πρὸς τὸν λῃστὴν ἔλεγε· καὶ γὰρ οἱ ἰατροὶ, ἐπειδὰν ἴδωσί τινα ἀπεγνωσμένον, λέγουσιν, ὅτι ἤδη τέθνηκε καὶ νεκρός ἐστι, καίτοιγε ἔτι ἐμπνέοντα βλέποντες. ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐκεῖνος ἐπειδὴ ἐλπίδα σωτηρίας οὐκ ἔχει, τέθνηκε γὰρ παρὰ τοῖς ἰατροῖς. οὕτω καὶ ὁ λῃστὴς, ἐπειδὴ προσδοκίαν οὐκέτι εἶχεν ὑποστροφῆς εἰς ἀπώλειαν, εἰσελήλυθεν εἰς τὸν οὐρανόν. οὕτω καὶ ὁ Ἀδὰμ ἤκουσεν, ᾗ δ᾽ ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ ξύλου, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. τί οὖν, αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἀπέθανεν; οὐδαμῶς. ἀλλ᾽ ἔζησεν ἔτη ἐννεακόσια (καὶ ἐπέκεινα) μετὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. πῶς οὖν ἔλεγεν ὁ Θεὸς ὅτι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀποθανῇ; τῇ ἀποφάσει, οὐ τῇ πείρᾳ. οὕτω καὶ ὁ λῃστὴς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οὐρανόν. ἄκουσον γοῦν τί φησιν ὁ Παῦλος, δηλῶν ὅτι οὐδεὶς οὐδέπω τῶν ἀγαθῶν ἀπέλαβε τὴν ἀντίδοσιν. περὶ γὰρ τῶν προφητῶν, καὶ τῶν δικαίων διαλεγόμενος ἐπήγαγε. κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες, μὴ κομισάμενοι τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόρρωθεν εἰδόντες αὐτὰς καὶ ἀσπασάμενοι, τοῦ Θεοῦ κρεῖττόν τι περὶ ἡμῶν προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι.

His consona videtur docere S. Athanasius q. 20. ad Antiochum vbi quærit, an Sanctorum animæ nacte sint æterna bona, & peccatrices supplicia, & respondet οὐδαμῶς, nequaquam, Ομως δὲ τὴν χαρὰν ταύτην ἔχουσιν αἱ τῶν ἁγίων ψυχαὶ, καὶ ἔστιν αὕτη μερικὴ ἀπόλαυσις, ὥσπερ καὶ ἡ λύπη, ἣν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἔχουσι, μερικὴ κόλασις. καὶ ὥσπερ οὖν μεταστέλλεται βασιλεὺς φίλους αὐτοῦ ἐπὶ τὸ συναριστῆσαι αὐτῷ, καὶ ὡσαύτως καὶ καταδίκους ἐπὶ τὸ κολάσαι αὐτούς. καὶ οἱ μὲν εἰς τὸ ἄριστον κληθέντες εἰσὶν ἐν χαρᾷ ἔμπροσθεν τοῦ οἴκου τοῦ βασιλέως ἕως τῆς ὥρας τοῦ ἀρίστου, οἱ δὲ κατάδικοι ἐν φυλακῇ ἀποκεκλεισμένοι ἐν λύπῃ ὑπάρχουσιν, ἕως οὗ ἔλθῃ ὁ κριτὴς, οὕτω δεῖ λοιπὸν νοεῖν καὶ ἐπὶ τῶν ἐκεῖσε νῦν ἀφ᾽ ἡμῶν προλαβουσῶν ψυχῶν, λέγω δὴ δικαίων, καὶ ἁμαρτωλῶν.

τωλῶν. Attamen, inquit, gaudium nactæ sunt Sanctorum animæ, & ista est fruitio earum particularis, sicut & tristitia, quam peccatores habent, est particulare supplicium. Quomodo enim accersit rex amicos suos, vt secum prandeant, sic & damnatos vt puniantur, illi autem qui ad prandium sunt vocati gaudent, & lætantur coram rege in palatio vsque ad horam prandij, damnati autem in carcere clausi manent in mœrore, & tristitia vsque dum veniat iudex. Ita tandem intelligere oportet etiam de animabus, quæ istuc à nobis migrauerunt.

CAPVT III.

Secunda sententia de Purgatorio.

SEcunda sententia censet dari purgatorium, an verò per ignem vel alio modo non est determinatum. Estque hoc de fide statutum in Concilio Florētino, vbi in bulla Eugenij IV. sic habetur ad verbum: Ἐὰν οἱ ἀληθῶς μετανοήσαντες ἀποθάνωσιν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἀγάπῃ πρὶν τοῖς ἀξίοις τῆς μετανοίας καρποῖς ἱκανοποιήσαι περὶ τῶν ἡμαρτημένων ὁμοῦ καὶ ἠμελημένων, τὰς τούτων ψυχὰς καθαρτικαῖς τιμωρίαις καθαίρεσθαι μετὰ θάνατον. Si pœnitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis & omissis satisfecerint, eorum animas pœnis purgatorijs post mortē purgari.

Probatur hoc ex veteri testamento 2. lib. Macabæorum cap. 12. nam Macabæus collectis viritim duorum millium drachmis misit Hierosolymam προσαγαγεῖν περὶ ἁμαρτίας θυσίαν, πάνυ καλῶς καὶ ἀστείως πράττων, vt offerrent sacrificium pro peccato, rectè admodum

 faciens

faciens & vrbanè se gerens. In vulgata editione loco duorum milliũ habetur duodecim millia drachmas argenti: in reliquis sensu conuenit cum scriptura græca. Et in fine capitis ita concludit: Εἶτ' ἐμβλέπων τοῖς μετ' εὐσεβείας κοιμωμένοις κάλλιστον ἀποκείμενον χαριστήριον, ὁσία καὶ εὐσεβὴς ἡ ἐπίνοια, ὅθεν περὶ τῶν τεθνηκότων τὸν ἐξιλασμὸν ἐποιήσατο τῆς ἁμαρτίας ἀπολυθῆναι. Deinde considerans ijs, qui cum pietate dormierunt optimam repositam gratiam, quippe sancta & pia est cogitatio, vnde pro defunctis propitiationem fecit, vt à peccato soluerentur. Vulgata habet, Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur, & est idem sensus.

Probatur etiam ex Tobia cap. 4. qui filium suum docet panem & vinum ponere super sepulturam iusti, græcè habetur: Εκχεον τοὺς ἄρτους σου ἐπὶ τὸν τάφον τῶν δικαίων, καὶ μὴ δῷς τοῖς ἁμαρτωλοῖς. Effunde panes tuos super sepulturam iustorum, & noli dare peccatoribus. Vulgata habet, Panem tuum & vinum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. Inde etiam nunc vsitatum est apud Græcos vt idem præstent, & super sepulchra suorum defunctorum ponant panem & vinum, & quæ ipsi vocant κόλυβα, quæ recitatis aliquot orationibus cedunt in vsum ministrorum Ecclesiæ, & aliorum pauperum.

Κόλυβα verò sunt grana tritici semicocta, quæ ex huiusmodi traditione introducta sunt. Ferunt Iulianum Augustum apostatam prima hebdomada Quadragesimæ, quando in primordijs Ecclesiæ Christiani rigidè ieiunabant, secretò iussisse mercatoribus, qui res venales comestibiles in foro exponebant, vt eas εἰδωλοθύτοις Gentilium polluerent, vt hac ratione

Chri-

Chriſtiani ementes huiuſmodi fercula contaminarentur; Sanctum verò Theodorum Tyrenſem in ſomnis ea de re monuiſſe Epiſcopum Conſtantinopolitanum, & docuiſſe quid agere debuiſſent ad euitandam fraudem & impietatem Iuliani, vt nimirum comederent κόλυβα, cumque ille interrogaret, quid ſibi vult hoc nomen, reſpondiſſe apud ſuos (locus autem ille in Ponto vocatur Εὐχάιτα) appellari κόλυβα triticum coctum. Sic narrat Nectarius ſucceſſor Nazianzeni in Eccleſia Conſtantinopolitana, dum encomio celebrat martyrium Sancti Theodori Tyrenſis. Hinc ille mos Græcorum coquendi triticum, cui immiſcent poſtea multa alia τραγήματα, vuas paſſas, mala granata, amygdalas, & alia bellaria, quæ etiam in præcipuis vigilijs quorumdam Sanctorum magna expenſa condiunt ſacharo, & alijs apophoretis.

Præterea probatur ex nouo Teſtamento Matth. 12. peccatum contra Spiritum ſanctum, dicit Chriſtus, non remitti neque in hoc, neque in futuro ſæculo, ergo aliquot peccata remittuntur in futuro ſæculo.

Præterea Apocalypſ. 21. habetur, Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, ergo qui non ſunt perfectè purgati non poſſunt ingredi, donec emundentur: Sunt autem omnes illi, quibus cùm reconciliantur Deo, non ſemper cum peccato dimittitur tota pœna. Cùmque tria genera ſint hominum, & alij quidem ſint valdè boni, alij verò valdè mali, nonnulli medij, pœnitentes tamen qui opus habent vt abſoluant pœnitentiam, hi certè degunt in Purgatorio. Et profectò cùm Eccleſia Chriſti ab Apoſtolis acceperit orandum eſſe pro mortuis, vt clarè teſtantur tam Patres Græci, quàm Latini, & praxis Græcorum fuerit ſemper & ſit in hodiernum vſque diem, vt ab eis offerantur

tur

tur ſacrificia pro defunctis, fiant eleemoſynæ, & alia opera pia, ſecundùm Eccleſiæ inſtituta, & ea non exhibeantur pro ijs, qui degunt in cælo & fruuntur viſione beatifica, non enim egent auxilio ſuffragiorum; neque pro detentis in Inferno, non enim ſunt capaces, vt recipiant conſolationem, quia in Inferno nulla eſt redemptio, igitur pro medijs iſta fiunt. Ita nonnulli Græci factis confitentur Purgatorium, verbis negant.

Præterea in precationibus Græci rogant, vt animas defunctorum Deus collocet in loco paſcuæ, in loco refrigerij, vbi aufugit dolor, mœſtitia, & gemitus, & ſtatuat in luce & regione viuorum, ergo aiunt, poſſunt animæ reperiri in huiuſmodi malis, non enim rogarent, vt ab his malis liberarentur. Et videntur Græci reſpexiſſe ad locum Micheæ 7. Μὴ ἐπίχαιρέ μοι ἡ ἐχθρά μου ὅτι πέπτωκα, καὶ ἀναστήσομαι, ὅτι ἐὰν καθίσω ἐν τῷ σκότει, κύριός μου φωτιεῖ μοι, ὀργὴν κυρίου ὑποίσω ὅτι ἥμαρτον αὐτῷ, ἕως τοῦ δικαιῶσαι αὐτὸν τὴν δίκην μου, καὶ ποιήσει τὸ κρίμα μου, καὶ ἐξάξει με εἰς τὸ φῶς, καὶ ὄψομαι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. Ne læteris inimica mea: nam ſi cecidi reſurgam, cùm ſedero in tenebris, iram Domini portabo, donec cauſam meam iudicet, adducet me in lucem, & videbo iuſtitiam eius.

CAPVT IV.

Tertia ſententia de Purgatorio.

TErtia ſententia eſt aſſerētium dari Purgatorium, illudque eſſe per ignem, quæ quidem ſententia non eſt de fide, eſt tamen certiſſima, & ab antiquis Patri-

Patribus Græcis primùm pronunciata, quam ſequuti ſunt, vt probabile eſt, poſtea Patres Latini, ſiue potius eodem ſpiritu afflati, eodem modo interpretati ſunt.

Probatur teſtimonio Pauli cap. 3. ad Corinth. Εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαίσεται, ζημιωθήσεται, αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτως ὡς διὰ πυρός. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe verò ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Vtitur autem Apoſtolus ſimilitudine duorum architectorum, quorum vnus ſuper fundamentum lapideum atque ſolidum ex pretioſa erigit materia domum, quæ non timeat ignem: Alter ſuper fundamentum ſimile extruit ædificium ex combuſtibili materia vt ſtipulis, ligno, paleis, & cæteris huiuſmodi. Huic duplici ædificio ſi applicetur ignis, prius quidem integrum manebit etiam ſaluo architecto, ſi ſit intus, poſterius verò breui per ignem deuorabitur, & architectus exiſtens intus, nonniſi per ignem egredietur, in quo tranſitu non quidem morietur. ſed tamen eius corporis leuiores partes incolumes non egredientur.

In Concilio Florentino fermè à principio Patres Græci non negarunt eſſe Purgatorium, ſed illud eſſe per ignem inficiati ſunt, cumque Latini Patres vrgerent citatum locum Pauli, reſpondebant Græci exponentes vocem illam, ſaluabitur, loco non deſtruetur, & ad nihilum redigetur, ſed permanebit, perſeuerabit vt pœnas luat. Quæ eſt expoſitio Chryſoſtomi contra Origenem, qui ex eo loco Pauli colligebat etiam dæmones tandem aliquando fore ſaluos per ignem.

Cæterùm Patres Latini rectè appoſuerunt multa loca Scripturæ, in quibus omnibus nomen ſalutis & ſalua-

ſaluari, nonniſi in bonam partem accipitur. Deinde non dicit ſaluabitur in igne, ſed per ignem, quæ prępoſitio tranſitum ſignificat.

Nota pro intelligentia huius loci, qui eſt difficillimus, Paulum ponere tres ſimilitudines in eo capite, quibus complectitur tria genera Doctorum & Concionatorum, vt egregiè notat Bellarminus in 1. lib. de Purgatorio cap. 5. in prima ponit valdè bonos, in tertia valdè malos, in ſecunda partim bonos; partim malos, ſed non valdè malos: primam ſimilitudinem ponit de agricolis plantantibus, & rigantibus. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit, qua ſolùm bonos Doctores complexus eſt, quales fuerunt omnes Apoſtoli & alij, qui prædicarunt fidem Chriſti, & eam fundarunt vbi non erat antea; inter quos enumerat ſe ipſe, qui vt ſapiens architectus poſuit fundamentum, & plantauit fidem Chriſti annunciando eum apud Corinthios. Sed quoniam Corinthii plus æquo dediti erant eloquentiæ & Philoſophiæ, Apoſtolus ponit ſecundam ſimilitudinem duorum Architectorum, qui ſuperædificant ſupra bonum fundamentum, ſed vnus ſuperimponit aurum, argentum, & permanentem materiam, alter cõbuſtibilem, quia floſculis eloquentiæ & curioſis quæſtionibus propoſitis, non adeò fructuosè concionatur. Tertiam ponit duorum corrumpentium templum Dei, qui ſunt hæretici, qui errores pro veritate, & vitia pro virtutibus docent, quos, ait, diſperdet Deus. Non itaque per aurum, argentum, &c. Et per fœnum intelligenda ſunt quæcumque opera bona vel mala, nam hac ratione comprehenderet omnes homines, qui faciunt omnia opera bona vel mala, ſed non omnes homines ſaluantur. Deinde opera mala non

ſuperæ-

ſuperædificantur, ſed deſtruunt fundamentum. Poſtremò non omnes in Eccleſia Dei ſunt architecti; ſed perſiſtendo in ſimilitudine dicendum eſt, alios eſſe egregios concionatores, qui ſeminant verbum Dei more Apoſtolico: alios qui non adeò fructuosè concionantur, quamuis ſuper bonum fundamentum, & catholicam doctrinam; itaque Chriſtus eſt fundamentum annunciatum à primis prædicatoribus, & primarijs Architectis. Deinde qui ſuperædificant, & dilatant explicando doctrinam catholicam ſunt ſecundarij Architecti, quorum is, qui ſuperimponit aurum, argentum, &c. hoc eſt doctrinam vtilem & fructuoſam ac permanentem, mercedem accipiet: qui verò ligna ſtipulas, hoc eſt doctrinam catholicam quidem, ſed minus vtilem, & permixtam cum aliquo peccato veniali, detrimentum patietur, græcè ζημιωθήσεται, mulctabitur, & pœnas dabit, quia ſaluabitur tamquam is, qui tranſit per verum ignem, non phantaſticum, contraponitur enim illi verbo μενεῖ, cuius opus manſerit, illud μισθὸν λήψεται, illi verò κατακαήσεται, illud ζημιωθήσεται, & σωθήσεται διὰ πυρός.

Præterea, nota Apoſtolum commemorare duplicem ignem, alterum qui probat omnium opera, quem exprimit illis verbis: Ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται. Alterum qui punit operarios, ſed non quoſcumque. Ille primus non poteſt eſſe materialis, quia non combureret opera, quæ iam tranſierunt, & & ſi eſſet talis, omnes etiam iuſti experirentur illum, cùm tamen martyres infantes, & alij non pauci Sancti non puniantur vllo igne, ſed rectà eant in cęlum. Igitur ignis eſt iudicium Dei, quod rectiſſimè vocatur ignis, cum ſit puriſſimum, celerrimum, efficaciſſimum, & maximè penetratiuum, vnde Danielis 7. Fluuius igneus

egrediebatur ex ore eius, & quoniam Deus totus eſt iuſtitia, totus iudicium, inde etiam in Scripturis vocatur ignis. Malachiæ 3. Ipſe quaſi ignis conflans. Et Hebr. 12. Deus noſter ignis conſumens eſt. Iſte igitur ignis probat omnia hominum opera, licet enim tranſierint ab oculis hominum, & igne materiali examinari non poſſint, tamen non tranſierunt ab oculis Dei, ſed cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium, Eccleſ. vltimo, Et ea examinabit, & ſi cuius opus manſerit, hoc eſt iudicium Dei ſuſtinuerit, ſicut aurum ſuſtinet ignem, mercedem accipiet, & coronabitur à Deo; ſi cuius opus iudicium Dei non ſuſtinuerit ſicut fœnum & ſtipula non ſuſtinent ignem, reprobabitur. Iſte ignis præcedit in particulari iudicio quando quis moritur, & eum ſubſequitur in nonnullis alter ignis materialis Purgatorij: iſte idem ignis in vltimo iudicio examinat opera hominum. Sicut enim ſententia fertur in morte vniuſcuiuſque, & tunc incipiunt aliqui puniri, aliqui præmiari, & tamen dicuntur hæc eadem fieri in nouiſſimo iudicio, quia tunc fient coram toto mundo manifeſtiſſimè, & cum ſummo honore iuſtorum, & ignominia impiorum, ita & examen fieri poteſt in morte cuiuſcumque priuatio, & iterum poſteà in vltimo iudicio publicè. Quæ omnia explicat diſtinctiſſimè, & doctiſſimè Bellarminus in lib. 1. de Purgatorio cap. 5.

CAPVT V.

Probatur tertia ſententia de Purgatorio, auctoritate Patrum Græcorum.

HIs ita prius declaratis probemus modò præſtantiores Græcorum, & Latinorum theologos intellexiſſe locum Pauli de Purgatorio. Baſilius in caput 9. in Iſaiam ſuper illis verbis, Καὶ ἔσται ὁ λαὸς ὡς ὑπὸ πυρὸς κατακεκαυμένοι, ἄνθρωπος, Et erit populus ſicut ab igne combuſtus vir. Οὐκ ἀφανισμὸν ἀπειλεῖ, ἀλλὰ τὴν κάθαρσιν ὑποφαίνει κατὰ τὸ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ εἰρημένον, ὅτι εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαίσεται, ζημιωθήσεται, αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτως ὡς διὰ πυρός, Non interitum minatur, ſed purgationem oſtendit, ſecundum Apoſtoli dictum, quòd ſi cuius opus comburetur, damnum patietur, ipſe vero ſaluabitur, ſic tamen tamquam per ignem. Sed præſtat reliqua loca Baſilij hìc adſcribere: itaque capite 4. exponens alia loca in Iſaiam ſuper illis verbis, Ὅτι ἐκπλυνεῖ κύριος τὸν ῥύπον τῶν υἱῶν, καὶ τῶν θυγατέρων Σιών, καὶ τὸ αἷμα Ἱερουσαλὴμ ἐκκαθαριεῖ ἐκ μέσου αὐτῶν ἐν πνεύματι κρίσεως καὶ ἐν πνεύματι καύσεως, Quia abluet Dominus ſordem filiorum & filiarum Sion, & ſanguinem Hieruſalem expurgabit de medio eius in ſpiritu iudicij, & Spiritu ardoris, hæc habet Doctor: Τρανῶς γὰρ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ ὁ λόγος προαγορεύει περὶ τοῦ κυρίου λέγοντι, ὅτι αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί, περὶ δὲ ἑαυτοῦ, ὅτι ἐγὼ μὲν ὑμᾶς βαπτίζω ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν. ἐπεὶ γοῦν ἀμφότερα συνῆψεν ὁ κύριος, τό, τε ἐξ ὕδατος εἰς μετάνοιαν, καὶ τὸ ἐκ πνεύματος εἰς ἀναγέννησιν, καὶ ὁ λόγος αἰνίττεται ἀμφότερα τὰ βαπτίσματα, μή ποτε τρεῖς εἰσὶν αἱ ἐπίνοιαι τοῦ βαπτίσματος; ὅ, τε τοῦ ῥύπου καθαρισμός, καὶ ἡ διὰ τοῦ πνεύματος ἀναγέννησις, καὶ ἡ ἐν τῷ πυρὶ τῆς κρίσεως βά-

βάσανος, ὥστε τὸ μὲν ἐκπλύνειν πρὸς τὴν ὧδε ἀπόθεσιν τῆς ἁμαρτίας λαμβάνεσθαι, τὸ δὲ πνεύματι κρίσεως, καὶ πνεύματι καύσεως πρὸς τὴν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι διὰ τοῦ πυρὸς δοκιμασίαν. δέονται δὲ αἱ μὲν κατ᾽ ἄγνοιαν ἁμαρτίαι οἱονεὶ ῥύπος τις οὖσαι, τὴν ἐπιφάνειαν τῆς ψυχῆς ἀφανίζουσαι, καὶ τῷ φυσικῷ κάλλει αὐτῆς λυμαινόμεναι τοῦ ἐκ τῆς πλύσεως καθαρισμοῦ, αἱ δὲ πρὸς θάνατον ἁμαρτίαι τῶν ἑκουσίως ἐξαμαρτανόντων μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν, αἷμα προσαγορεύονται δεόμεναι τῆς ἐν τῷ καύματι κρίσεως. ἐπεὶ οὖν ὁ ἐξομολογούμενος καὶ πλυθῆναι ἀξιοῖ, καὶ καθαρισθῆναι, καὶ τὴν μὲν ἀνομίαν πλύσεως φησὶ δεῖσθαι, τὴν δὲ ἁμαρτίαν καθαρισμοῦ, λέγων ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου, καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με. οἱ μὲν παντῇ ἀνήκοοι τῶν θείων μαθημάτων, πρὶν μαθεῖν τὸν λόγον ἡμαρτηκότες, οἱονεὶ ἐρρυπομένοι, τοῦ ἀπὸ τοῦ ὕδατος δέονται καθαρισμοῦ. οἱ δὲ μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ζωὴν ἐπιβουλεύοντες αὐτοῖς, αἵματος ὄντες ἔνοχοι, τοῦ ἐκ τοῦ πυρὸς δέονται καθαρισμοῦ. Perſpicuè ea ipſa hic ſermo deſignat quæ Ioannes aliquando de Domino dixit, quia ipſe eſt qui vos baptizabit in Spiritu ſancto & igne, de ſe ipſo autem, Ego quidem vos baptizo in aqua ad pœnitentiam. Quando igitur vtraq. coniunxit Dominus, illud ex aqua in pœnitentiam, & illud ex ſpiritu in regenerationem, & vtrumque baptiſma ſcriptura deſignat. Num fortè tres ſunt baptiſmatis acceptiones? expurgatio ſcilicet ſordium, regeneratio per Spiritum, & ea quæ fit in igne ſegregationis probatio; ſic vt illud abluet pro depoſitione peccati accipiatur, quæ in hac vita fit, hoc autem in ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris ad eam referatur probationem, quæ per ignem fit in ſæculo futuro. Equidem peccata per ignorantiam admiſſa vtique cum ſint veluti ſordes quædam, quæ animi ſplendorem exterminant, & natiuo eius decori officiunt, eget

pur-

purgationem per lotionem; quæ verò ad mortem ducunt peccata, eorum nempe, qui post acceptam cognitionem certa animi destinatione flagitia committunt, sanguis vocantur, & hæc quidem indigent ardore, seu exæstuatione iudicij. Itaque quisquis confitetur, seque ablui orat & emundari, suam quidem iniquitatem fatetur egere ablutione, & peccatum emundatione dum dicit, Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Illi quidem qui rudes sunt prorsus & inscij diuinorum dogmatum, priusquam eruditi essent Dei verbum peccarunt, tanquam eluuie quadam inquinati, opus habent aspergine aquæ vt eluantur: qui verò post acceptam vitæ notitiam, consulto ac studio se ipsos reddunt obnoxios sanguini, opus est, vt tales, purgari per ignem.

Et cap. 9. super illis verbis, Καὶ καυθήσεται ὡς πῦρ ἡ ἀνομία, Et succendetur iniquitas sicut ignis: Ἔχει δὲ τὸ ῥητὸν καὶ ἁπλῆν ἐνεργείας ἔμφασιν. ὅτι καυθήσεται ἡ ἀνομία ὡς πῦρ. τὴν γὰρ προχειρισαμένην ὕλην ἐκ τῆς ἀνομίας ἀφανισμῷ παραδοθῆναι ἐπ' ἐνεργείᾳ τῶν αἰθερίων παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ δεσπότου ᾠκονόμηται. καὶ ὡς ἄγρωστις, φησί, ξηρὰ βρωθήσεται ὑπὸ πυρὸς καὶ καυθήσεται ἐν τοῖς δάσεσι τοῦ δρυμοῦ. ἕως μὲν ἐγκέχυται τοῖς γηΐνοις πάθεσιν ἡ ψυχὴ ὡς ἄγρωστιν τὰ πάθη αὐτῆς ἐκ τοῦ φρονήματος τῆς σαρκὸς ἐκφυόμενα διέρπει, δι' ἀλλήλων τὴν γένεσιν ἔχοντα, καὶ ἄλλα ἐπ' ἄλλοις γεννώμενα. ὡς γὰρ ἡ ἄγρωστις πολυγονώτατον ἐστὶν ἐν βοτάναις, καὶ οὐδαμοῦ καταλύει αὐτῆς ἡ γέννησις, ἀλλ' ἀεὶ τὸ πέρας τῆς προτέρας γενέσεως, ἀρχὴ τοῦ ἐφεξῆς γίνεται, τοιαύτη καὶ ἡ τῶν ἁμαρτημάτων ἐστὶ φύσις, αὐτὴ ἑαυτὴν διαδέχεται, καὶ γεννᾷ μὲν ἡ πορνεία πορνείαν, ἡ δὲ ἐν τῷ ψεύδει συνήθεια ψεύδους γίνεται μήτηρ, καὶ ὁ ἐν κλοπαῖς μελετήσας, κατατολμᾷ ῥᾳδίως τοῦ ἀδικήματος. ἡ γὰρ προλαβοῦσα ἁμαρτία, ἀφορμὴ τοῦ ἁμαρτάνειν γίνεται. ἐὰν οὖν γυμνώσωμεν τὴν ἁμαρ-

μαρ-

μαρτίαν διὰ τῆς ἐξομολογήσεως, ἐποιήσαμεν αὐτὴν ξηρὰν ἄγρωστιν, ἀξίαν τοῦ ὑπὸ τοῦ καθαρτικοῦ πυρὸς καταβρωθῆναι. καὶ κατωτέρω. Ἐὰν μὲν οὖν μὴ γένηται ὡς ἄγρωστις ξηρὰ, ἡ ἁμαρτία ἡμῶν οὐ βρωθήσεται ὑπὸ τοῦ πυρὸς, οὔτε κατακαυθήσεται. καὶ κατωτέρω. Ὅτι διὰ θυμὸν ὀργῆς κυρίου συγκέκαυται ἡ γῆ ὅλη. δείκνυσιν ὅτι τὰ γήϊνα τῷ πυρὶ τῷ κολαστικῷ παραδίδοται ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῆς ψυχῆς καθὰ καὶ ὁ κύριος ὑποφαίνει λέγων, πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ τί ἤθελον εἰ ἤδη ἐκάη; Habet comminatio quamdam beneficij ſpeciem, quia comburetur ſicut ignis iniquitas; nam paratam ex iniquitate materiam aboleri pro hominum beneficio à bonitate Domini conſtitutum eſt. Et ſicut gramen aridum deuorabitur ab igne, & comburetur in denſitatibus ſyluæ. Dum demergitur in terrenis affectibus anima, ſicut gramen affectus animæ ſerpunt è ſenſu carnis pullulantes, mutuo nexu naſcentes, & alios de alijs producentes. Nam veluti gramen ſupra modum inter herbas geniculatum eſt, nec vmquam eius generatio deſinit, ſed ſemper primæ generationis finis, fit ſequentis principium, talis eſt & peccatorum natura, ipſa ſeipſam ſuſcipit. Gignit libido libidinem, conſuetudo mendacij fit mendacij mater, & qui in furtis meditandis verſatur, facilè malum hoc audet inferre. Peccatum enim præcedens, occaſio fit iterum peccandi; ſi igitur per confeſſionem peccatum aperuerimus, ſiccum id gramen reddidimus, vt à purgatorio igne deuorari mereatur. Et paulò poſt. Si non euaſerit vt gramen aridum noſtrũ peccatum, ab igne non deuorabitur, nec comburetur. Et iterum. Propter furorem iræ Domini combuſta eſt omnis terra. Oſtendit terram pro animæ beneficio igni tradi punitionis, ſicut Dominus ſuboſtendit dicens, Ignem veni mittere in terram, & quid volo,

lo, nisi vt accendatur? Sequitur deinde apud Prophetam, & Basilium, quæ nos à principio referendo eius sententiam, posuimus.

Idem vir sanctus in lib. de Spiritu sancto ad Amphilochium cap. 15. propè finem: Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. τὸ τοῦ πυρὸς βάπτισμα τὴν ἐν τῇ κρίσει δοκιμασίαν λέγων, καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι τὸ πῦρ αὐτὸ δοκιμάσει. καὶ πάλιν. Ἡ γὰρ ἡμέρα κυρίου δηλώσει, ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne, ignis baptismum vocans examinationem iudicij, vt ait Apostolus, Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Et rursus. Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelatur.

Tenebricosus Photius apud Oecumenium, qui colligit in epistolas Pauli expositiones quorumdam Patrum, sequens sententiam Chrysostomi, refert etiam expositionem Basilij, dicens: Ὅτι ὁ Βασίλειος ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ Ἡσαΐου δεύτερον ἐπιμνησθεὶς τοῦ ῥητοῦ, ἐπὶ καθάρσει αὐτὸ ἐδέξατο. Quod Basilius in commentarijs in Isaiam iterum hunc textum repetens, de purgatione ipsum intellexit.

Oecumenius autem ipse ita exponit. Ἆρα μὴ καὶ ἄτιμοι δυνάμεθα εἶναι; οἱ μὲν οἰκοδομήσαντες τὴν εὐκατάπρηστον ὕλην τέλεον ἐκβέβληνται, ἐζημίωνται γὰρ πάντα αὐτῶν τὰ σπουδάσματα, αὐτὸς δὲ σωθήσεται. τίς; ὁ ἐποικοδομήσας τὸν χρυσὸν, καὶ τὸν ἄργυρον, καὶ τοὺς τιμίους λίθους. εἰπὼν γὰρ περὶ αὐτοῦ ὅτι μισθὸν λήψεται, νῦν λέγει ποῖον μισθὸν, τουτέστι τὴν σωτηρίαν. Σωθήσεται λέγει ἐπωδύνως καὶ αὐτὸς, ὡς εἰκὸς τὸν διὰ πυρὸς παριόντα, καὶ ἐκκαθαιρόμενον τὸν ἐνόντα αὐτῷ βραχὺν ῥύπον. Θεοῦ γὰρ μόνου τὸ τελέως ἀναμάρτητον, οἱ δὲ ἄνθρωποι κἂν ὦσι μάλιστα δίκαιοι, οὐ τέλεον εἰσὶ καθαροί. εἴρηται γὰρ ὅτι πολλὰ πταίομεν

ἅπαν-

ἅπαντες, καὶ οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ἁμαρτίας, οὐδ' ἂν μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ. εἴρηται γὰρ καὶ τῷ Μαλαχίᾳ, ὅτι ὡς πῦρ ἐν χωνευτηρίῳ, καὶ ὡς πόαν πλυνόντων πλυνεῖ, καὶ καθαρίσει ὁ Θεὸς τινάς. Vel etiam hoc pacto possumus intelligere. Qui superædificauerit materiam facilè combustibilem omninò proiectus est. Detrimentum enim passa sunt ipsius studia, ipse verò saluus erit. Quis nam? Qui superædificauerit aurum & argentum, & lapides pretiosos. Cùm enim de ipso dixisset quòd mercedē accipiet nunc ait, qualem mercedem, hoc est salutem, saluus autem erit cum dolore & ipse, vt par est eum, qui per ignem transit, modicarumque inhærentium sibi sordium indiget purgatione, nam Dei solius est perfecta impeccabilitas, homines autem quantumlibet iusti non sunt omninò mundi: dictum est enim quod in multis omnes peccamus, & nemo mundus à peccato, etiam si vnius diei fuerit vita ipsius. Dictum quippe est à Malachia, etiam quod vt ignis in fornace, vtque herbam lauantium lauabit, & purgabit aliquos Deus.

Nota, Oecumenium non admodum rectè interpretari similitudinem Architectorum, quam vsurpat Apostolus, agnoscere tamen purgatorium per ignem. præsertim in hominibus bonis & sanctis, quia nemo sine crimine, nisi solus Deus.

Theodoretus apud eumdem Oecumenium duplicem adhibet expositionem. Prior est, quòd virtute præditos, & eos qui rectè vitam transigerunt, ignis illustriores reddet tamquam aurum & argentum, iniquos verò instar lignorum & stipulæ consumet. Posterior verò explicatio est huiusmodi. Εἰ δέ τις οὐ βούλεται τὸ ὡς διὰ πυρὸς τοῦ ἔργου προσαρμόσαι, ἀλλὰ τοῦ διδασκάλου, οὕτως νοησάτω, ὅτι ὑπὲρ μὲν ἐκείνων (τῶν προσηκόντως δεδι-

δεδιδαγμένων) οὐκ εἰσπραχθήσεται δίκας, σωθήσεται δὲ διὰ πυρὸς καὶ αὐτὸς δοκιμαζόμενος, εἴπερ ἄρα ἔχει τὸν βίον τῇ διδασκαλίᾳ κατάλληλον. Si quis autem vult illud quasi per ignem non operibus aptare, sed Doctori, sic interpretetur, quod pro illis (quæ rectè docuit) non luet pœnas, saluabitur verò per ignem & ipse probatus, si tandem habeat vitam, quæ rectæ doctrinæ ipsius respondeat.

Huius auctoris fertur eiusmodi sententia, quam citat B. Thomas in opusculo contra Græcos. Hunc credimus ignem purgatorium, quo purgantur animæ, vt aurum in conflatorio. Guagneius verò eamdem Theodoreti sententiam ex Græcorum scholijs, græcis verbis ita citat: Τοῦτο τὸ πῦρ πιστεύομεν καθαρτήριον, ἐν ᾧ καθαρίζονται αἱ ψυχαὶ καθάπερ χρυσίον ἐν χωνευτηρίῳ. Quos auctores adducit Bellarminus in lib. primo de Purgatorio cap. 5.

Gregorius Nazianzenus in Oratione ad eos, qui vocarunt, & non accurrerunt, prope finem Ἐποικοδομοῦντες τῷ θεμελίῳ τῆς πίστεως μὴ ξύλον, μηδὲ χόρτον, μηδὲ καλάμην ὕλην ἀσθενῆ, καὶ ῥᾳδίως δαπανωμένην, ἡνίκα ἂν πυρὶ κρίνηται, τὰ ἡμέτερα, ἢ καθαίρηται, ἀλλὰ χρυσόν, ἄργυρον, λίθους τιμίους τὰ μένοντα καὶ ἱστάμενα, ταῦτα πράσσοιτε. Superædificantes fundamento fidei, non lignũ, non herbas, neque stipulam, materiam tenuem, & facile combustibilem, cum igne dijudicabimur, vel purgabimur, sed aurum, argentum, lapides pretiosos, permanentia, & stabilia. hæc agatis.

Addamus modò etiam reliqua testimonia sanctorum Patrum, quæ hanc veritatem testantur. Basilij frater Gregorius Nyssenus in Oratione de infantibus, qui præmaturè abripiuntur, non longè à principio, quærit quid de his sentiendum sit. Πῶς περὶ τῶν

τετελευτηκότων ἔχειν; ὄψεται ἄρα κἀκείνη ἡ ψυχὴ τὸν κριτὴν; παραστήσεται μετὰ τῶν ἄλλων τῷ βήματι; ὑφέξει τῶν βεβιωμένων τὴν κρίσιν; λήψεται τὴν κατ᾽ ἀξίαν ἀντίδοσιν; ἢ πυρὶ καθαιρομένη κατὰ τὰς τοῦ Εὐαγγελίου φωνάς; ἢ τῇ δρόσῳ τῆς εὐλογίας ἐναποψύχουσα; Quomodo de his, qui hoc pacto obierunt, iudicandum? aſpiciet ne & illa anima iudicem? Siſtetur & illa cum cæteris ante tribunal? Subibit anteactæ vitæ iudicium? Dabit ne dignas pœnas expurgata igni iuxta Euangelij dicta? An verò potius rore benedictionis erit recreata?

Per Euangelij dicta locum intelligit Gregorius, quem frater eius Baſilius citat in Eſaiam, Ignem veni mittere in terram. Malè enim exponit quidam, qui addit ſcholium in Gregorij verba, intelligendo per ignem purgatorium, infernum damnatornm, certè enim non purgat ille ignis, ſed punit tantùm. Præterea tamquam parabolam explicat, quæ eſt hiſtoria de Diuite, & Lazaro.

Nota hiſtoriam eſſe de Diuite & Lazaro, eo quòd exprimantur nomina Lazari, & Abrahæ, & Eccleſia Lazarum illum, vt verè Sanctum hominem veneretur, Quòd ſi qui Sancti dixerunt eſſe parabolam, intellexerũt eſſe propoſitam tamquã parabolam, nondum enim facta reſurrectione, non erant ibi membra humana corporalia, & lingua, quæ cruciaretur, ſed accommodata eſt captui humano inſtar parabolæ. Neque poteſt aliter accipi, nam diues rogat Patriarcham, vt mittat Lazarum, & moneat eiuſdem diuitis fratres. Quod profectò poſt reſurrectionem, & vltimum iudicium non habet locum.

Idem author in Oratione ad eos, qui lugent eos, qui ex hac vita ad ſempiternam tranſmigrant, ita diſſerit. Si prout creauit nos Deus perſtitiſſemus, non

alia

alia re indiguissemus, ceterùm quia libero arbitrio decorati sæpenumero deuiamus à vero tramite virtutis, vt iterum ad pristinũ statum reuertamur, duplex remedium nobis Deus excogitauit, vt vel in hoc sæculo per philosophiam, & pœnitentiam salutem acquiramus, vel in futuro per ignem purgatorium. Sic igitur habet vltra medium: Εἰ μὲν γὰρ ἦμεν ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἐγενόμεθα, &c. Etenim si tales mansissemus, quales initio fuimus procreati, &c. Ἰσόθεον γάρ ἐστι τὸ αὐτεξούσιον. ὡς ἂν οὖν καὶ ἡ ἐξουσία μένοι τῇ φύσει, καὶ τὸ κακὸν ἀπογένοιτο, τοιαύτην εὗρεν ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ τὴν ἐπίνοιαν, τὸ ἐᾶσαι τὸν ἄνθρωπον ἐν οἷς ἐβουλήθη γενέσθαι, ἵνα γευσάμενος τῶν κακῶν, ὧν ἐπεθύμησε, καὶ τῇ πείρᾳ μαθὼν οἷα ἀνθ' οἵων ἠλλάξατο, παλινδρομήσῃ διὰ τῆς ἐπιθυμίας ἑκουσίως πρὸς τὴν πρώτην μακαριότητα, ἅπαν τὸ ἐμπαθές τε καὶ ἄλογον, ὥσπερ τι ἄχθος ἀποσκευάσας τῆς φύσεως, ἤτοι κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν διὰ προσευχῆς τε καὶ φιλοσοφίας ἐκκαθαρθείς, ἢ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν μετανάστασιν διὰ τῆς τοῦ καθαρσίου πυρὸς χωνείας. Similes quippe nos Deo reddit liberum arbitrium, vt ergo & libertate natura non priuetur, malumque deleatur, excogitauit hoc Dei sapientia inuentum, permittere scilicet hominem in his esse, in quæ prolabi voluit, vt degustatis malis, quæ exoptauit, & experientia discens quibus cum rebus quantas commutauerit, sponte sua reuertatur ad pristinam beatitudinem, per desiderium, affectus omnes, qui rationi inimici sunt, veluti naturæ onus excutiens, vel in præsenti vita per orationem, & philosophiam expurgatus, vel post præsentem peregrinationem per ignis purgatorij fornacem.

Addit similitudinem aptissimam peritissimi medici, qui cùm non possit adolescentulo persuadere, vt abstineat à nonnullis noxijs ferculis, seu fructibus, per-

mittit quidem illi vt veſcatur, eo quòd habeat antidotum, quo poteſt eum in priſtinum ſtatum reducere: ita humanæ naturæ dulciſſimus atque optimus Parens, cùm quæ ſalutaria, quæque pernicioſa eſſent homini planè noſſet, illum admonuit, ne pernicioſa contingeret; verùm cùm rei deterioris cupiditate victus eſſet, medicamentis non indiguit, quibus eum ad priſtinam ſanitatem reuocaret. In cuius ſententiæ finem hæc inſerit: Ἐν τῷ μὴ δύνασθαι μετασχεῖν τῆς θειότητος, μὴ τοῦ καθαρσίου πυρὸς τὸν ἐμμιχθέντα τῇ ψυχῇ ῥύπον ἀποκαθήραντος. Cùm non poſſit is diuinitatis particeps fieri, niſi maculas animo immixtas purgatorius ignis abſtulerit.

Idem Doctor in eodem loco ſtatim diuidit homines, qui aſſequuntur gloriam dupliciter: Alios, ait, peruenire ad perfectionem medio ſtudio philoſophiæ, & virtutis, hos eſſe Prophetas, Apoſtolos, Martyres, & cæteros huiuſmodi, & eſſe paucos: Τῶν δὲ λοιπῶν διὰ τῆς εἰς ὕστερον ἀγωγῆς ἐν τῷ καθαρσίῳ πυρὶ ἀποβαλλόντων τὴν πρὸς τὴν ἄλλην προσπάθειαν, καὶ πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀποκληρωθεῖσαν τῇ φύσει χάριν διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμίας ἑκουσίως ἐπανιόντων. Maiorem verò partem, eſſe eorum, qui poſt hanc vitam purgatorio igne materiæ labes, & propneſionem ad malum abſtergunt, & ad gratiam initio naturæ conceſſam, voluntaria, bonorum cupiditate redeunt. Hactenus Gregorius.

Baſilius Seleuciæ Epiſcopus, Chryſoſtomi familiaris intimus, & contubernalis, ad quem libri de Sacerdotio, in quarta de Dauide Oratione in ipſo fine: Μὴ μείνωμεν θεραπευθῆναι πυρὶ, Ne expectemus, inquit, vt igne curemur.

Iſidorus Peluſiota alter Chryſoſtomi ſocius & diſcipulus trecenteſimam quinquageſimam primi libri edi-

editione Byllij àd Lampetium eiusmodi verbis exarat epistolam, explicando parabolam Christi de tritico, & paleis: Εἰ μὴ ἀνέγνως τῶν ἀχυρμιῶν τὸν σῖτον διεκκρινόμενον, καὶ τὰ μὲν πυρὶ, τὰ δὲ ἀποθήκῃ τηρούμενα, οὐδ' οὕτως ἔχεις ἀπολογίαν τὴν ἄγνοιαν, πάντων τῶν καλλίστων ἐχούσης γνῶσιν τῆς φύσεως. ἃ γὰρ παθεῖν οὐ βουλόμεθα, ταῦτα καὶ μὴ ποιεῖν διδασκόμεθα· εἰ δὲ καὶ ἔνδον ἑαυτῶν τῶν χρηστῶν τὴν εἴδησιν ἔχομεν, καὶ παρὰ θείῳ νόμῳ ταύτην σαφῶς παιδευόμεθα. τί ταῖς ἡδυπαθέσι ῥιπίζῃ πνοαῖς ἀχύρων δίκην πρὸς αὐτὰς ἐκριπτόμενος; ὅρα τοίνυν ὅτι πῦρ ἔχει τελευτὴν τὸ ἀβέβαιον, ἢ καθαῖρον, ἢ εἰς τέλος ἐκκαῖον. Si parabolam illam non legisti, in qua triticum à paleis distinguitur, atque illæ igni, hoc autem apothecæ seruatur, ne sic quidem tamen causam tuam ignoratione tueri potes, quippe cùm præclarissimarum rerum omnium cognitionem natura habeat. Nam quæ perpeti nolumus, eadem ne quidem facere docemur. Quòd si & virtutũ cognitionem in nostris animis insitã habeamus, & eã ex diuina lege perspicuè discimus, Ecquid tu voluptatis ventis iactaris palearum instar ad eas proiectus? Vide igitur inconstantiam igne terminari vel purgante, atque expiante, vel ad extremum vsque inflammante.

Hæc sunt testimonia sanctorum Patrum Græcorum, quæ probant ignem purgatorium, in quibus notanda sunt illa verba σωθήσεται, καθαρισμὸς, θεραπεία, πλύσις ῥύπου. Item καθαῖρον, ἢ εἰς τέλος ἐκκαῖον, quæ nulla ratione possunt aptari omni ex parte sordidissimis pœnis Inferni, quæ in æternum cruciant, & non ad tempus emundant.

CA-

CAPVT VI.

Probatur eadem ſententia auctoritate Patrum Latinorum.

ADdamus modò pauca quædam præcipuorum Latinorum ad idem probandum. B. Hieronymus in 4. cap. Amos, exponens illud, Facti eſtis ſicut torris raptus de incendio, iuxta illud, inquit, quod in Apoſtolo legimus, Ipſe autem ſaluus erit quaſi per ignem, qui ergo ſaluatur per ignem, quaſi torris de incendio rapitur.

Sanctus Ambroſius in locum Apoſtoli, Sed cum, inquit, Paulus dicit, ſic tamen per ignem, oſtendit illum quidem ſaluum futurum, ſed pœnas ignis paſſurum, vt per ignem purgatus fiat ſaluus, & non ſicut perfidi æterno igne in perpetuum torqueantur. Idem in pſalmum 36. explicans illum verſiculum, tranſiuimus per ignem, & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium, exponit per aquam, Baptiſmum; per ignem, purgatorium. Hìc, inquit, per aquam, illic per ignẽ; per aquam, vt abluantur peccata; per ignem, vt exurantur. Idem habet ſerm. 3. in pſalm. 118.

Sanctus Auguſtinus in pſalmum 37. In hac vita, inquit, purges me, & talem me reddas, cui iam emendatorio igne opus non ſit. Et infra explicans locum Apoſtoli, Dicitur, inquit, ſaluus erit quaſi per ignem, & quia dicitur ſaluus erit, contemnitur ille ignis, ita planè, quamuis ſalui per ignem, grauior tamen eſt ille ignis, quàm quicquid poteſt homo pati in hac vita.

Gregorius magnus lib. 4. Dialogorum cap. 59. explicans

plicans hunc locum Apoſtoli, Quamuis, inquit, hoc de igne tribulationis in hac vita nobis adhibita poſſit intelligi, tamen ſi quis hoc de igne futuræ purgationis accipiat, penſandum ſollicitè eſt, quia illum per ignem dixit ſaluari, non qui ſuper hoc ferrum, æs, vel plumbum ædificat, ideſt peccata maiora, & idcirco duriora, atque tunc iam inſolubilia, ſed lignum, fœnum, ſtipulam, ideſt peccata minuta atque leuiſſima, quæ ignis facilè conſumit. Sic Latini. Ommitto commemorare ingentem torrentem Latinorum Scholaſticorum, qui vnanimi conſenſu idem docent de Purgatorio.

CAPVT VII.

Reſpondetur, & ſoluitur primum argumentum primæ opinioni.

REſtat; vt reſpondeamus ad argumenta primæ opinionis, quæ planè eſt hæretica.

Ad primum, quòd Dæmones nondum puniantur, Reſpondeo eſſe non paucos ſanctos Patres tum Græcos, tum Latinos, & eos primarios, qui docent futura tormenta Dæmonum, & æſtuantis gehennæ incendia, non enim omnes ſunt detruſi in Infernum, ſed multi eorum volitant per aerem, quos propterea ad Epheſ. 2. Apoſtolus vocat principes huius aeris.

Cæterum non oportet inde colligere, eos hoc tempore non torqueri, nam quocumque Dæmones volitant, vbique ſuam gehennam ſecum portant, nondum tamen acceperunt complementum ſuarum pœnarum,

quod

quod recepturi sunt in die iudicij, quod profectò adeò timent, vt in exorcismis nulla re magis torqueri videantur, quam comminatione futuri iudicij. Sunt autem aliquot causæ, cur vehementer timeant illam detrusionem in abyssum. Prima, quia clausi in carceribus sempiternis, non poterunt amplius nocere hominibus. Secunda non amplius extorquebunt cultum Deo debitum, vt modò faciunt, dum ab Ethnicis, & Necromanticis adorantur. Tertia, patebunt eorum fraudes, & debilitas à viris, fœminis, puerulis, & virginibus superati. Quartà, iudicabuntur non solùm à Deo, sed etiam ab hominibus, teste Paulo.

Vt autem ad citatos Patres in obiectione descendamus: modò in scriptis Iustini, quod refert Irenæus non reperitur. Photius in sua bibliotheca dicit Iustinum composuisse duos tractatus pro defensione Christianorum, tertium vbi differebat de natura Dæmonum. Fortassis in eo tractatu continebatur, quod scribit Irænæus, quem sequuti sunt postea citati in obiectione auctores.

Eusebius Pamphyli in historia Ecclesiastica, tanquam ex persona Irenæi, refert hæc pauca verba Iustini græcè: Καὶ καλῶς ὁ Ἰουστῖνος ἔφη, ὅτι πρὸ μὲν τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας οὐδέποτε ἐτόλμησεν ὁ σατανᾶς βλασφημῆσαι τὸν Θεόν, ἅτε μηδέπω εἰδὼς αὐτοῦ τὴν κατάκρισιν. Vndè apparet Ireneum scripsisse græcè. Neque mirum quòd ita senserit Iustinus, quòd Scriptores sui sæculi nonnulla non adeò clara haberent; quod enim docet Iustinus est manifestè contra rationem, nam Angeli boni, qui steterunt in veritate, non patiuntur pœnam damni, neque pœnam sensus, sed sunt omni ex parte beati, ergo à contrario Angeli rebelles, & Apostatæ

pa-

patiuntur pœnam damni, & pœnam ſenſus, & hac ex parte ſunt infeliciſſimi.

Profectò prædicta ſententia ſi vt verba ſonant accipiatur, non poteſt non eſſe falſa. Sicut enim cuilibet beato ab initio ſuæ beatitudinis notum & certum eſt beatitudinem ſuam forè ſempiternam, alioquin non eſſet beatus. Sic ex aduerſo Diabolo ab initio ſuæ damnationis certiſſimum fuit ſe pœnis æternis eſſe adiudicandum. Sciendum tamen eſt, tres narrari in Scriptura damnationes Dæmonis, primam, extremam, mediam. Prima fuit ſtatim poſt peccatum ad æternas pœnas, cùm eiectus eſt è cœlo, poſtquam ita obduratus eſt in peccato, vt nec bonum velit, nec velle poſſit. Extrema damnatio erit in vltimo iudicio, quæ non erit aliud, quam relegare omnes Dæmones in Infernum, vt non poſſint verſari amplius ſuper terram, & in hoc aere, nec tentare aut lædere homines. Vndè Ioannes in Apocalypſi 20. ait Peracto iudicio Diabolus miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris. Quòd autem Diabolus in illo iudicio ſit iudicandus, & damnandus, docet Petrus cap. 2. ſecundæ epiſtolæ dicens, Dæmones ſemel tartareis pœnis damnatos reſeruari adhuc in futurum iudicium. Et Paulus 1. ad Corinthios 6. Neſcitis, quia Angelos iudicabimus? Media condemnatio Diaboli facta eſt per Chriſtum Dominum cùm in terras venit. Quæ non fuit alia, quàm adimere Diabolo Imperium, quod habebat in homines, coercere vires eius, ne tantum poſſet nocere, quantum antea poterat, & dare pluribus abundantius gratiam ſuam, qua reſiſterent facilè Dæmoni. Hanc damnationem appellat Scriptura aliquando iudicium. Ioannis 17. Iam princeps huius mundi iudicatus eſt. Aliquando eiectionem foras.

Ioannis 12. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Aliquando ſpoliationem, vt Lucæ 11. Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum in pace ſunt ea, quæ poſſidet, ſi autem fortior eo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa arma eius auferet, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet. Aliquando alligationem & clauſionem Diaboli, nam Ioannes in Apocalypſi cap. 20. ait, Diabolum per mille annos fuiſſe ligatum, & clauſum, ideſt toto tempore Euangelico, vſque ad diem iudicij, tum modico tempore ſoluetur Deo permittente tempore Antichriſti. Hinc igitur fit vt Dæmon ſic damnatus à Chriſto, toto Orbe excitauerit magnum incendium perſecutionum aduerſus Chriſtianos; & quia ex prædicatione Apoſtolorum cognouit appropinquare diem iudicij, poſt quod non licebit ei amplius nocere hominibus, idcirco hoc tempore omnes vires ſuas intendit aduerſus Chriſtianos.

CAPVT VIII.

Soluitur ſecundum argumentum, & probatur Sanctos eſſe in Cælo, ac frui viſione beatifica, nonnullis teſtimonijs ſacræ Scripturæ.

AD ſecundum argumentum, quod præſupponit Sanctos non eſſe in cælo, & reprobos in Inferno, quod expreſſe damnatum eſt in Concilio Florentino ſub Eugenio IV. & vſque adeò abhorret ab ea ſententia, & reijcit ac reprobat hanc prauam, & damnatam

natàm opinionem Ecclesia Orientalis, vt nullum fermè celebret Sanctorum festum, vbi sub elegantissimis metaphoris non exprimat consequutionem illorum beatitudinis, vt superstitio sit velle adducere in medium, quæ id testentur, quippe veluti excelsa tuba magnificè insonat, Sanctis apertas esse portas cælestis Paradisi, eos ingressos frui ligno vitæ, habitare supremam Hierusalem, habitaculum Dei, quam exædificarunt manus Diuinæ, contemplari pulchritudines ineffabiles, conspicere Deum non per speculum & in ænigmate, sed facie ad faciem, contubernales esse Angelorum, qui semper vident faciem Patris, adstare Sanctæ Triadi, orare pro nobis, & de Sanctis proferunt eos post mortem, ἐξεδήμησαν πρὸς κύριον, migrare ad Dominum. & id genus innumera. Ecquis non credat Iudam in præsentia cruciari in Inferno, & Paulum beatificari in Cælo, qui cupit dissolui & esse cum Christo? Qui ne dum post martyrium, sed etiam in carne & inter viuos existens raptus est in Cælum & Paradisum, & audiuit arcana, quæ non licet homini loqui.

At nonnulli Græcorum insaniunt, dum ea proferri ab Ecclesia, & Patribus aiunt, vt encomia, quasi verò Doctoribus Ecclesiæ liceat in dogmatibus fidei ludere, & mentiri non sibi religioni ducere. Quapropter cogor nonnulla tum Scripturæ sacræ, tum Sanctorum Patrum hic adscribere & notare, quę hoc ineptum responsum omninò respuant. Ecclesiastici 11 Κοῦφον ἔναντι κυρίου ἐν ἡμέρᾳ τελευτῆς ἀποδοῦναι ἀνθρώπῳ κατὰ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ. Facilè est coram Deo in die obitus retribuere homini (Vulgata habet vnicuique) secundum vias suas. Leuitici 19. Deus scribi iussit, non morabitur apud te opus mercenarij tui vsque mane, Οὐ κοιμηθή-

μηθήσεται ὁ μισθὸς τοῦ μισθωτοῦ σου παρὰ σοὶ ἕως πρωΐ. Ergo ne Deus contrarius sibi ipse videatur, non retinebit mercedem Sanctorum vsque ad mundi consummationem. Prouerbiorum 13. Spes quæ differtur affligit animam. secundum versionem Latinam, quæ Hebraico textui respondet, sic enim Hebraicè habetur: Spes protracta (idest quę protrahitur & differtur) infirmitas est cordis. Idest, vt morbus vexat hominem, sic spes affligit animã. Gręcè est: Κρείσσων ἐναρχόμενος βοηθῶν καρδίᾳ τοῦ ἐπαγγελλομένου, καὶ εἰς ἐλπίδα ἄγοντος. At non conuenit vt ij affligantur, qui nullum habent peccatũ, & in spem ducantur & procrastinentur. Ad Hebr. 9. Τοῦτο δηλοῦντος τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου μήπω πεφανερῶσθαι τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχούσης στάσιν. Hoc significante Spiritu sancto nondum propalatam Sanctorum viam adhuc priore tabernaculo habente statum. Hunc locum Theophylactus, & Oecumenius ita exponunt. Quòd in Sancta sanctorum non possent ingredi Sacerdotes, nec populus, significabat toto tempore Testamenti Veteris non fuisse apertam viam ad cælum, & ideo etiam iustissimos quosque ad Inferos descendisse, quia non poterant simul vigere figura & figuratum, at posteaquam Christus perrupit velum tabernaculi, & figuræ cessauerunt, iam propalata est via Sanctorum ad Sanctuarium cęleste. Διὰ τοῦτο φησὶν οὕτως κατεσκεύαστο ἡ σκηνὴ, ἵνα τῆς πρώτης ἑστώσης, ἔνθα ἡ λυχνία, καὶ ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων, καὶ εἰργούσης ἐπιβαίνειν τοὺς λοιποὺς ἱερέας εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, δῆλον γένηται ἄβατον ἔτι εἶναι τὸν οὐρανόν. τύπος γὰρ τοῦ οὐρανοῦ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. τὸ δὲ μόνον τὸν ἀρχιερέα εἰσιέναι ἐν αὐτοῖς, τύπος ἦν καὶ τοῦτο, τοῦ τὸν Χριστὸν μόνον τὸν ἀληθινὸν ἀρχιερέα εἰσεληλυθέναι εἰς τὸν οὐρανόν. ἀλλὰ λοιπὸν εἰσελθὼν συνήγαγε τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, ἦν μὲν γὰρ πρὸ τού-

του

του ἄβατος· νῦν δὲ διὰ τοῦ Χριστοῦ βατὸς γέγονε (μήπω πεφανερῶσθαι) μήπω εἶναι βατὴν, καὶ λοιπὴν τὴν εἰς οὐρανοὺς ὁδὸν, ἣν πρῶτος ἐνεκαίνισεν ὁ Χριστὸς (ἐχούσης στάσιν) ἑστώσης, φησὶ, καὶ ἐνεργούσης τρόπον τινὰ τὴν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων πάροδον. Hoc etiam Numerorum 35. figurabatur; nam erant ciuitates refugiorum, & poſt mortem magni Sacerdotis poterant exules redire in patriam ſuã. Eodem modo mortuo Chriſto ſupremo ſacerdote potuerunt Sancti redire in cælum.

CAPVT IX.

Probatur eadem veritas de præſenti Beatitudine Sanctorum teſtimonio Pauli, addita expoſitione Chryſoſtomi.

AD Hebræos 12. Οὐ προσεληλύθατε ψηλαφωμένῳ ὄρει, ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ καὶ μυριάσιν Ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων, καὶ κριτῇ Θεῷ πάντων καὶ πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων, καὶ διαθήκης νέας μεσίτῃ Ἰησοῦ. Non acceſſiſtis ad tractabilem montem, &c. ſed acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, & Hieruſalem cæleſtem, multorum millium Angelorum frequentiam, & Eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cælis, & iudicem omnium Deum, & Spiritus cunctorum perfectorum, & Teſtamenti Noui mediatorem Ieſum. Hic deſcribit Apoſtolus Eccleſiam triumphantem, quę conſtat ex Angelis & Primogenitis, hoc eſt Apoſtolis, ſeu Prophetis, Martyribus, & cæteris iu-

ſtis,

ſtis, qui fruuntur beatitudine, qua fruebantur antea ſoli Angeli. Quem locum pulchrè applicat B. Chryſoſtomus ſancto Philogonio Epiſcopo tom. 5. fol. 506. Διὸ μάλιστα μακαρίζω τὸν ἅγιον τοῦτον ὅτι εἰ καὶ μετετάξατο καὶ πόλιν ἀφεὶς τὴν παρ' ἡμῖν εἰς ἑτέραν μετέβη πόλιν τὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ καταλιπὼν τὴν ἐκκλησίαν ταύτην εἰς ἐκείνην τελεῖ τὴν τῶν πρωτοτόκων τῶν ἀπογεγραμμένων ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰς ἑορτὰς ταύτας ἀφεὶς πρὸς τὴν τῶν Ἀγγέλων μετέστη πανήγυριν. Sed non ſunt ommittenda reliqua verba aurea Chryſoſtomi, ſequitur enim: Ὅτι γὰρ καὶ πόλις ἄνω καὶ ἐκκλησία καὶ πανήγυρίς ἐστιν. ἄκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος, προσεληλύθατε πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ μυριάσιν Ἀγγέλων πανηγύρει, οὐ διὰ τὸ πλῆθος δὲ τῶν ἄνω δυνάμεων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν τῶν ἀγαθῶν ἀφθονίαν, καὶ τὴν διηνεκῆ χαρὰν, καὶ εὐφροσύνην, πανήγυριν τὰ ἐκεῖ πάντα καλεῖ. Πανήγυριν γὰρ οὐδὲν ἕτερον ποιεῖν εἴωθεν, ἀλλ' ἢ τὸ πλῆθος τῶν συνειλεγμένων, καὶ ἡ δαψίλεια τῶν ὠνίων, ὅταν πυροὶ καὶ κριθαὶ, καὶ παντοδαπὰ γεννημάτων εἴδη, καὶ προβάτων ποίμνια, βοῶν ἀγέλαι, καὶ ἱμάτια, καὶ ἕτερα τοιαῦτα εἰσάγηται, τῶν μὲν πωλούντων, τῶν δὲ ἀγοραζόντων. καὶ τί τούτων ἐστὶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς φησί; τούτων μὲν οὐδὲν, τὰ δὲ πολλῷ τούτων σεμνότερα. οὐ γὰρ πυροὶ καὶ κριθαὶ καὶ γεννημάτων εἴδη, ἀλλ' ὁ καρπὸς ἐκεῖ πανταχοῦ τοῦ Πνεύματος, ἀγάπη καὶ χαρὰ, καὶ εὐφροσύνη, καὶ εἰρήνη, καὶ ἀγαθωσύνη, καὶ πραότης μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας, οὐ προβάτων ποίμνια, καὶ βοῶν ἀγέλαι, ἀλλὰ πνεύματα δικαίων τετελειωμένων, καὶ ψυχῶν ἀρεταὶ, καὶ τρόπων κατορθώματα, πανταχοῦ τῶν οὐρανῶν ἐστιν ἰδεῖν. οὐχ ἱμάτια καὶ ἐπιβλήματα, ἀλλὰ στεφάνους χρυσοῦ παντὸς τιμιωτέρους, καὶ βραβεῖα, καὶ ἔπαθλα, καὶ τὰ μυρία τοῖς κατορθοῦσιν ἀποκείμενα ἀγαθὰ, καὶ τὸ πλῆθος τῶν συνιόντων πολλῷ σεμνότερόν τε καὶ πλέον. οὐ γὰρ ἐξ ἀστυκῶν τε καὶ ἐπιχωρείων ἐστὶν ἀνδρῶν,

ἀλλ'

ἀλλ' ἔνθα μυριάδες Ἀγγέλων, ἐκεῖ χιλιάδες Ἀρχαγγέλων, ἀλλαχοῦ συμμορία Προφητῶν, ἑτέρωθι μαρτύρων χοροί, Ἀποστόλων τάγματα, σύλλογοι δικαίων, τῶν εὐαρεστηκότων ἁπάντων δῆμοι διάφοροι. Οὕτως θαυμαστή τις ἐστὶν ἡ πανήγυρις. Τὸ δὲ πάντων μεῖζον ὅτι ἐν μέσῃ τῇ πανηγύρει στρέφεται τούτων ἁπάντων ὁ βασιλεύς. αὐτῶν γάρ, μυριάσιν Ἀγγέλων πανηγύρει, ὅτ' ἤγαγε τῷ κριτῇ πάντων Θεῷ. τίς ποτε εἶδεν ἐν πανηγύρει βασιλέα παραγινόμενον; ἐνταῦθα μὲν οὐδεὶς εἶδέ ποτε, ἐκεῖ δὲ διηνεκῶς οἱ παρόντες ὁρῶσιν ὡς αὐτοῖς ἰδεῖν δυνατόν, τὸν παρόντα, καὶ τῇ τῆς ἰδίας δόξης λαμπρότητι κοσμοῦντα τοὺς συνιόντας ἅπαντας. καὶ αὗται μὲν αἱ πανηγύρεις τῆς ἡμέρας μεσούσης πολλάκις καταλύονται, ἐκείνη δὲ οὐχ οὕτως. οὐ γὰρ περιόδους μηνῶν, οὐδὲ κύκλους ἐνιαυτῶν, οὐδὲ ἡμερῶν ἀριθμὸν ἀναμένει, ἀλλ' ἕστηκε διηνεκῶς, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ πάντα ἀγαθὰ πέρας οὐκ ἔχει, τέλος οὐκ οἶδεν, οὐ γηρᾷ, οὐδὲ μαραίνεσθαι δύναται, ἀλλ' ἔστιν ἀγήρω καὶ ἀθάνατα. Οὐδεὶς ἐκεῖ θόρυβος καθάπερ ἐνταῦθα, οὐδεμία ταραχή, ἀλλὰ πολὺς ὁ κόσμος ἁπάντων μετὰ τῆς προσηκούσης εὐταξίας, ὥσπερ ἐν κιθάρᾳ τινὶ μετὰ ῥυθμοῦ τὴν παναρμόνιον μελῳδίαν; καὶ πάσης ἡδίω μουσικῆς τῷ δεσπότῃ τῆς κτίσεως ἑκατέρας ἀναπεμπόντων, καὶ τῆς ψυχῆς ἐκεῖ καθάπερ ἐν ἱεροῖς ἀδύτοις, καὶ θείοις τισὶ μυστηρίοις τὴν θείαν τελουμένοις μυσταγωγίαν. πρὸς ταύτην οὖν τὴν μακαρίαν καὶ ἀΐδιον λῆξιν μετέστη σήμερον καὶ ὁ μακάριος Φιλογόνιος. Quamobrem maximopere gratulor huius Sancti felicitati, quòd quamquam translatus est atque hanc, quæ apud nos est ciuitatem reliquit, tamen in alteram trasijt, ciuitatem nempè Dei, ac digressus ab hac Ecclesia ad illam peruenit, quæ est primogenitorum descriptorum in cęlis, ac relictis hisce festis transijt ad celebritatem Angelorum. Sed non sunt ommittenda reliqua verba aurea Chrysostomi, sequitur enim. Nam quod & supernè sit ciuitas, Ecclesia, ac celebritas audi Paulum

lum dicentem. Acceſſiſtis ad ciuitatem Dei viuentis ad Hieruſalem cęleſtem, & Eccleſiam primogenitorum deſcriptorum in cælis, & ad innumerabilem Angelorum frequentiam. Non ſolùm autem ob multitudinem virtutum cęleſtium, verum etiam ob abundantiam bonorum, ac iuge gaudium & lætitiam, Panegyrim appellat totam illam vitam. Nec enim alia res facere ſolet panegyrim, quàm mercium venalium copia, cùm triticum, ordeum, & omnijugę frugum ſpecies, ouium greges, boum armenta, veſtes, aliaque id genus plurima importantur, alijs quidem vendentibus, alijs verò commercantibus. Sed quid inquis harum rerum eſt in cęlis? Harum quidem nihil, ſed ſunt his multò magis præclara. Non enim illic ſunt triticum, ordeum, ac frugum variæ ſpecies, ſed illic vbique fructus ſpiritus, gaudium, beneuolentia, bonitas, pax, ac manſuetudinis ſumma exuberat copia: Non ouium greges, non boum armenta, ſed ſpiritus iuſtorum perfectorum, animarum virtutes, vitæque recta facta per omnes cælos videre licet: Non veſtes, aut amictus, ſed coronas, quouis auro pretioſiores, tum brauia certaminum pręmia, aliaque innumera bona, repoſita ijs, qui rectè fecerint: ad hæc ibi eſt multitudo congregatorum longè tùm copioſior, tùm honoratior; neque enim conſtat ex viris vrbanis, indigeniſque, ſed hìc ſunt Angelorum infinita millia & Archangelorum, illic ſodalitia Prophetarum, alibi Martyrum chori, Apoſtolorum ordines, cunei iuſtorum, omniumque qui fortiter rem geſſerunt varij cœtus. Profectò miranda panegyris eſt. Iamque id ſanè maius eſt omnibus, quod in media frequentia verſatur horum omnium Rex. Etenim vbi dixiſſet ad innumerabilium Angelorum frequentiam,

ſubie-

ſubiecit, & ad iudicem vniuerſorum Deum. Quis vnquam vidit in panegyri prodeuntem regem? Hic quidem nemo vidit, illic autem qui adſunt perpetuò vident, quatenus illum videre licet non ſolum præſentem, verùm etiam ſuæ gloriæ ſplendore condecorantem vniuerſum cœtum. Et noſtræ quidem celebritates ſub meridiem plerumque ſoluuntur, illæ verò non item: neque enim menſium in orbem recurſus, neque annorum circuitus, neque dierum numerum expectat; ſed ſtat perpetuò, illiuſque bona finem non habent, nec ſeneſcere nec marceſcere poſſunt, ſed ſunt tùm ſenij, tùm mortis expertia. Nullus illic tumultus quemadmodum hìc, nulla turbatio, ſed ingens omnium cum ordine decenti compoſitio, haud ſecus atque in cithara quadam modulatiſſimum concentum, & quauis muſica ſuauiorem reddentium vtriuſque creaturæ Domino, dum anima illic velut in ſacris adytis, diuiniſque myſterijs diuinorum arcanorum myſtagogiam peragit. Ad hanc beatam requiem tranſijt hodierna die Beatus Philogonius. Sic Chryſoſtomus.

Eumdem locum applicant Græci nonnullis Sanctis in ſuis libris Eccleſiaſticis. Dicunt enim de Theodoro Γραπτῷ, quem celebrant vnà cum Stephano Protomartyre, Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἐτάγης ἐν ὑψίστοις, καὶ Ἀγγέλων πανηγύρει περιχαρὴς προσεπελάσθης. In numero Eccleſiæ primogenitorum in excelſis collatus es, & ad celebritatem Angelorum valde lætus acceſſiſti.

CAPVT X

Probatur idem ex Actibus Apostolorum, & Apocalypsi.

PRæterea Actorum 7. Stephanus moriturus vidit gloriam Dei, Christumque stantem à dextris Patris, & eum rogat, vt suscipiat spiritum eius. Vide Τετράεια, & Hymnos in eius festiuitate.

Præterea Apocalyps. 6. dantur Martyribus singulis stolæ albæ: Ἐδόθησαν ἑκάστοις στολαὶ λευκαί; vel vt codex Latinus habet, singulæ stolæ albæ. In quibusdam libris græcis reperitur ἑκάσταις, fortassis addita est à librarijs littera (σ) & legebatur ἕκασται, Regius codex habet, Καὶ ἐδόθη αὐτοῖς στολὴ λευκὴ. Et data est illis stola alba, in singulari numero. Si data est vna stola, conuenit cum illo, singulæ stolæ. Et cap. 7. habetur: Οὗτοι οἱ περιβεβλημένοι τὰς στολὰς τὰς λευκὰς εἰσὶν ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ, καὶ λατρεύουσιν αὐτῷ ἡμέρας, καὶ νυκτὸς ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ. Hi qui amicti sunt stolis albis sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die, ac nocte in templo eius. Dicitur, singulis datas esse stolas albas, propter gloriam animæ, reliqua verba significant, eos esse verè in Cælo, & cernere Deum; hoc enim est; esse ante thronum Dei. In multis libris Græcorum desunt illa verba (singulæ stolæ albæ, & dictum est illis) sed quis non videt quòd illa verba, ἐδόθη αὐτοῖς, non admodum videntur cohęrere cum illo, quod sequitur, ἵνα ἀναπαύσωνται ἔτι χρόνον. Quocirca fortassis ita prius legebatur, Καὶ ἐδόθησαν αὐτοῖς ἕκασται στολαὶ λευκαὶ, καὶ ἐρρέθη αὐτοῖς ἵνα ἀναπαύσωνται. Sic enim legunt omnes omninò interpretes Latini & præ cæteris Gregorius

Magnus,

Magnus, qui floruit ante milleſimum nonageſimum annum vſque ad tempora Phocæ Imperatoris, obijt enim anno 604.

CAPVT XI.

Idem probatur auctoritate reliquorum Patrum Græcorum Ignatij, Dionyſij, Athanaſij, & viſionibus.

IGnatius Μεγαλομάρτυς in epiſtola ad Romanos, dicit Chriſtum eum vocaſſe fieri participem paſſionum eius ab Oriente, & vt per martyrium diſſoluatur, & proficiſcatur de mundo ad Deum, Ἀπὸ ἀνατολῆς μεταπεμψάμενος τῶν ἑαυτοῦ παθημάτων μάρτυρα καλῶν τοῦ διαλυθῆναι ἀπὸ κόσμου εἰς Θεὸν. In eadem epiſtola, Ὕδωρ ζῶν ἀλλόμενον ἐν ἐμοί, ἔσωθέν μοι λέγει, δεῦρο πρὸς τὸν πατέρα. Aqua viua ſaliens in me, intus mihi dicit, veni ad Patrem. Ibidem: Ἄφετέ με καθαρὸν φῶς λαβεῖν. ἐκεῖ παραγενόμενος ἄνθρωπος Θεοῦ ἔσομαι. Sinite me purum lumen haurire; cùm illic fuero, homo Dei ero. An non clariſſimè indicat Ignatius ſe ſtatim à morte futurum cum Deo, & viſurum puram lucem Diuinitatis? Neque ſe ipſum laudat Ignatius.

Dionyſius Areopagita de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. 7. par. 1. loquens de Sanctis in morte conſtitutis, dicit eos optimè noſſe, ſe totos percepturos exactiſſimam, ad Chriſti ſpeciem, requiem, cùm ad præſentis vitæ finem peruenerint, viamque ad immortalitatem ſuam è vicino iam clarius intuentes, diuinitatis laudant munera, diuinaque lætitia geſtiunt, non

iam ad deteriora conuerſionem metuentes, ſed parata bona ſe firmiter perpetuòque habituros probè noſcentes: Ὅλους αὐτοὺς ἀπολήψεσθαι τὴν χριστοειδῆ λῆξιν εἰδότες, ὅταν ἐπὶ τὸ πέρας ἔλθωσι τοῦ τῇδε βίου τὴν εἰς ἀφθαρσίαν αὐτῶν ὁδὸν, ὡς ἐγγυτέραν ἤδη γεγενημένην ἐμφανέστερον ὁρῶσιν, καὶ τὰς δωρεὰς τῆς θεαρχίας ὑμνοῦσι, καὶ θείας ἡδονῆς ἀποπληροῦνται τὴν ἐπὶ τὰ χείρω τροπὴν οὐκ ἔτι δεδοικότες, ἀλλ' εὖ εἰδότες ὅτι τὰ κτηθέντα καλὰ βεβαίως, καὶ αἰωνίως ἕξουσι. Et in eodem capite parte 3. dicit animas Sanctorum ſtatui Ἐν φωτὶ καὶ χώρᾳ ζώντων, εἰς κόλπους Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, ἐν τόπῳ, οὗ ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη, καὶ στεναγμός; Hæc autem interpretatur eſſe beatitudinem animę, ſic enim ſcribit: Ταῦτα μὲν οὖν, ὡς οἶμαι, δῆλα τὰ τῶν ἁγίων μακαριώτατα γέρα. τί γὰρ ἂν γένοιτο τῆς παντελῶς ἀλύπου, καὶ φωτιστικῆς ἀθανασίας ἰσόῤῥοπον; εἰ καὶ τὰ μάλιστα ταῖς ἡμῶν ἀναλόγοις σημασίαις αἱ παντὸς ὑψηλότεραι νοὸς ἐπαγγελίαι σημαινόμεναι τῆς πραγματικῆς αὐτῶν ἀληθείας ἀποδεούσας ἔχουσι τὰς ὀνομασίας· ἀληθὲς γὰρ εἶναι τὸ λόγιον οἰητέον, ὅτι ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. κόλποι δὲ εἰσὶν, ὡς οἶμαι, τῶν μακαρίων Πατριαρχῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων ἁπάντων, αἱ θειόταται, καὶ μακαρισταὶ λήξεις αἱ τοὺς θεοειδεῖς ὑποδεχόμεναι πάντας εἰς τὴν ἐν αὐταῖς ἀγήρω, καὶ μακαριωτάτην τελείωσιν. Iſta, vt reor, ſunt perſpicuè beatiſſima Sanctorum præmia, quid enim immortalitati perfectæ, omnique triſtitia vacuæ; ac plenæ perpetui luminis conferri poſſit? Licet multum ſanè promiſſiones illæ ſublimiores noſtra mente ſint, quæ vocabulis nobis congruis deſignantur, longè tamen inferiores earum re, & veritate appellationes habent. Verum enim profectò illud exiſtimandum eloquium eſt, quod oculus non vidit, auris non audi-

uit,

uit, & in cor hominis non aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Sinus autem ſunt, vt reor, beatorum Patriarcharum, & reliquorum omnium Sanctorum diuiniſſimæ ac beatiſſimę requies, quæ diuinos omnes viros recipiunt in ſenectutis expertem, & beatiſſimam perfectionem. Hæc clara ſunt, neque poſſunt dici niſi de vera beatitudine animæ, neque proferri à Dionyſio tanquam encomia & laudes Sanctorum, non enim laudat aliquem particularem, ſed ritus Eccleſiæ vſitatos, & ab Apoſtolis dogmatizatos exponit. Et nota ſinus Patriarcharum quid ſignificent.

Sanctus Athanaſius in vita ſancti Antonij, quam ſcripſit, fatetur ſanctum Antonium vidiſſe quamdam animam lætantibus in eius occurſum Angelis ad cœlum pergere, cuius ſpectaculi nouitate ſtupefactum oraſſe, vt ſibi præſentis rei agnitio panderetur, & ſtatim vocem ad eum factam eſſe, iſtam eſſe Ammonis monachi animam, qui Nitriæ morabatur. Sic itaque ſcribit: Ἀντωνίου τοῦτο θαῦμα ἦν ὅτι ἐν τῷ ὄρει καθήμενος, εἶχε τὴν μὲν καρδίαν νήφουσαν, τὸν δὲ κύριον δεικνύοντα αὐτῷ τὰ μακράν. καὶ γάρ ποτε καθήμενος πάλιν ἐν τῷ ὄρει, καὶ ἀναβλέψας εἶδεν ἐν τῷ ἀέρι ἀνερχόμενόν τινα πολλῶτε τῶν ἀπαντώντων γινομένην τὴν χαράν εἶτα καὶ θαυμάζων καὶ μακαρίζων τὸν τοιοῦτον χορὸν ηὔχετο μαθεῖν, τί ἂν εἴη τοῦτο, καὶ εὐθὺς ἦλθεν αὐτῷ φωνή, ταύτην τοῦ Ἀμοῦν τὴν ψυχὴν τοῦ ἐν τῇ Νιτρίᾳ μοναχοῦ. ἦν δὲ οὗτος ἀσκητὴς ἕως γήρως διαμείνας, καὶ τὸ διάστημα δὲ τὸ ἀπὸ τῆς Νιτρίας ἕως τοῦ ὄρους ἔνθα ἦν ὁ Ἀντώνιος ἡμερῶν ἐς δέκα τριῶν. οἱ τοίνυν μετὰ τοῦ Ἀντωνίου βλέποντες τὸν γέροντα θαυμάζοντα ἠξίωσαν μαθεῖν, καὶ ἤκουσαν ὅτι ἄρτι τετελεύτηκεν ὁ Ἀμοῦν. Et circa finem illius vitæ refert Athanaſius Angelorum Sanctorum, qui ad perferendam animam eius deſcenderant, præſen-

sentiam notam fuisse, quos intuens Antonius tamquam amicos videret lætus animam exhalauit. Ταῦτα εἰπὼν, καὶ ἀσπασαμένων ἐκείνων, αὐτὸς ἐξάρας τοὺς πόδας, καὶ ὥσπερ φίλους ὁρῶν τοὺς ἐλθόντας πρὸς αὐτὸν Ἀγγέλους, καὶ δι' αὐτοὺς περιχαρὴς γενόμενος, ἐφαίνετο γὰρ ἀνακείμενος ἱλαρῷ τῷ προσώπῳ, ἐξέλιπε, καὶ προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας.

Μηναῖα sūt libri Ecclesiastici Græci, qui seruiunt per singulos mēses, & continēt laudes Sanctorum.

Et ipsi Græci in suo μηναίῳ, mense Martio, vbi decimaquarta die celebrant festum sancti Benedicti in eius Synaxario, ex Gregorio Magno lib. 2. Dialogorum cap. 37. ita scribunt; Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ δυσὶν ἀδελφοῖς, τῷ μὲν ἑνὶ ἡσυχάζοντι ἐν τῷ ἑαυτοῦ κελλίῳ τῷ δὲ ἑτέρῳ μήκοθεν οἰκοῦντι ὅρασις ὁμοία ἐφάνη. ἴδον τοίνυν ἑκάτεροι, καὶ ἰδοὺ ὁδός τις θαυμαστὴ ἀπὸ τοῦ ὁσίου τοῦ κελλίου μέχρι τοῦ οὐρανοῦ πρὸς ἀνατολὰς ἀνετείνετο ἐκ λαμπρῶν τινῶν ἱματίων σηρικῶν ἐστρωμμένη ὅλη, ἐν αὐτῇ δὲ καί τινες ἄνδρες ἐξαίσιοι, λαμπάδας κατέχοντες, καὶ ἐνορδίνως βαστάζοντες ἀνήρχοντο. ἀνὴρ δέ τιν ἕτερος λευχείμων καὶ αὐτὸς φωτοειδὴς πλησίον αὐτοῦ ἑστηκὼς ἠρώτα τούτους, εἰ τὴν ὁδὸν ταύτην, ἣν κατανοοῦσι θαυμάζοντες, ἐπίστανται τίνος ἐστί; τῶν δὲ ἀγνοεῖν εἰπόντων ἔφη ὁ φανείς. αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς, δι' ἧς ὁ τοῦ Θεοῦ ἀγαπητὸς Βενέδικτος εἰς οὐρανοὺς ἀνέρχεται. Latinè apud Gregorium sic habetur. Eadem hora (quando exhalauit animam) duobus fratribus, vni quidem in propria cella quiescenti, alteri verò longius habitanti visio similis apparuit. Vidit igitur vterque, & ecce via quædam admirabilis à cella sancti viri ad cælum vsque versùs orientem extendebatur, ex pulcherrimis quibusdam holosericis aulæis tota strata & ornata, in ipsa verò & quidam viri egregij cum lampadibus recto ordine ascendebant. Vir autem alter quidam in vestibus albis, & ipse splendidus ibi propè stans hos interrogabat, vtrum viam hanc, quam aspicientes admi-

mi-

mirabantur, ſcirent cuius nam eſſet? His verò ignorare dicentibus, dixit qui appparuit, Hæc eſt via, per quam Deo amabilis Benedictus in cœlos aſcendit. Ommitto referre alias ſexcentas huiuſmodi viſiones, quas recenſet idem Gregorius Magnus in dialogis, & alij.

CAPVT XII.

Idem probatur peculiari modo à Baſilio, & Chryſoſtomo ex ſacra Scriptura, & Paulo.

BAſilius Magnus Homilia xviij. in Barlaam Martyrem, ſic eam exorditur. Πρότερον μὲν τῶν ἁγίων οἱ θάνατοι κοπετοῖς ἐκοσμοῦντο καὶ δάκρυσιν. ἔκλαυσε σφοδρῶς Ἰωσὴφ τὸν Ἰακὼβ τεθνεῶτα, ἐκόψαντο καὶ τὴν Μωϋσέως τελευτὴν οὐ μικρῶς Ἰουδαῖοι, πολλοῖς καὶ τὸν Σαμουὴλ τετιμήκασι δάκρυσι. Νῦν δὲ ἐπὶ ταῖς τῶν ὁσίων τελευταῖς σκιρτῶμεν. ἡ γὰρ τῶν λυπηρῶν μετὰ τὸν σταυρὸν μεταβέβληται φύσις. οὐκ ἔτι θρήνοις τοὺς τῶν ἁγίων δορυφοροῦμεν θανάτους ἀλλ' ἐνθέοις χορείαις τοῖς ἐκείνων ἐπερχούμεθα τάφοις, ὕπνος γὰρ τοῖς δικαίοις ὁ θάνατος, μᾶλλον δὲ πρὸς κρείττω ζωὴν ἐκδημία. Primùm quidem Sanctorum mors planctu, ac lachrymis cohoneſtabatur: vehementer mortuum Iacobum defleuit Ioſeph, & Moyſis mortem Iudæi haud parùm planxerunt, Samuelem quoque multis lacrymis ornarunt. Nunc verò morientibus Sanctis exultamus. Triſtium namque poſt crucem Domini immuta-

mutata eſt natura. Iam non amplius Sanctorum obitus lamentationibus proſequimur, ſed tripudijs diuinis circum ipſorum ſepulchra veluti choreas ducimus. Somnus enim iuſtis eſt mors, immo potius migratio ad vitam meliorem. Docet itaque Baſilius ante Chriſti aduentum mortem Sanctorum fuiſſe miſerrimam, nunc eſſe felicitatis initium.

Sanctus Ioannes Chryſoſtomus tomo 5. Orat. 65. in Virgines & Martyres Berenicem, & Proſdocen, & Domninam matrem illarum, hoc idem argumentum tractans opponit viris ſanctis veteris Legis quamuis eminentibus & præcipuis, Martyres Euangelicos; illos, ait, tamquam malam & horrendam timuiſſe mortem, hos eam deſpexiſſe, & flocci feciſſe. Nominat autem Abrahamum, Iacobum, Heliam. Inter Martyres enumerat vel ipſas tenerrimas puellas, & virgines, quas mortem paruipendiſſe, & lætas occubuiſſe teſtatur. Et reddit rationem, quare hoc? Τὸ μὲν γὰρ πρότερον ὁ θάνατος εἰς τὸν ᾅδην κατῆγε, νυνὶ δὲ ὁ θάνατος πρὸς τὸν Χριστὸν παραπέμπει. Quod prius mors ad inferos ducebat, nunc verò mors ad Chriſtum transmittit. Quod totum probat Chryſoſtomus adducto exemplo Pauli cupientis diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Adductis præterea eiuſdem verbis ex epiſtola ad Philippenſes cap 2. Εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, χαίρω καὶ συγχαίρω πᾶσιν ὑμῖν. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε, καὶ συγχαίρετε. Et ſi immolor ſupra ſacrificium, & obſequium fidei veſtræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis. Id ipſum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi. Ebi Chryſoſtomus in Oratione: Τί φῄς; ἀποθνήσκεις Παῦλε, καὶ κοινωνοὺς καλεῖς τῆς ἡδονῆς τοὺς ἀνθρώπους; τί γέγονεν, εἰπέ μοι; οὐκ ἀποθνήσκω, φησίν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν μείζονα

ζονα ἀναβαίνω ζωὴν. Quid ais? moreris Paule, & socios vocas voluptatis homines? Quid factum sit dic mihi? Non morior, inquit, sed ad maiorem ascendo vitam. Tandem infert Chrysostomus Iudæos per quadraginta dies se verberasse, & defleuisse Iacobum, & Moysem, quia mors tunc erat mors, Νυνὶ δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ ὑμνῳδίαι, καὶ εὐχαὶ, καὶ ψαλμοὶ, δηλούντων ἁπάντων, ὅτι ἡδονὴν ἔχει τὸ πρᾶγμα. οἱ γὰρ ψαλμοὶ εὐθυμίας σύμβολον, εὐθυμεῖ γάρ τις, φησὶν ἐν ὑμῖν ψαλλέτω. Nunc verò non ita, sed hymnodiæ fiunt, & precationes, & psalmi, quibus omnes significant, quòd hæc res voluptatem habeat. Quippe psalmi sunt signum lætitiæ, etenim æquo animo, inquit, est quis inter vos, psallat. Sic Doctor Ecclesiæ aureus.

CAPVT XIII.

Idem probatur ex Dauide psalmo LXVII.

AD extremum concludamus cum Dauide Propheta, qui comparat descensum Dei in monte Sina exhibentis populo Iudaico legem veterem psal. 67. versiculo 19. & 20. cum ascensione Christi in cælum, indeque dona Spiritus sancti, & Legem nouam populo Christiano mittentis, sic igitur habet: Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium, Dominus in eis in Sina in Sancto. Ascendisti in altum, cœpisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Sensus est, Dominus olim descendit in montem Sina cum multis millibus Angelorum, sed tu Messias ascendisti

in altum, ideſt in ſummum cælum, cœpiſti captiuitatem, ideſt captiuos diaboli feciſti captiuos tuos, miſeram captiuitatem, in captiuitatem feliciſſimam commutaſti, & ſic triumphator multis millibus Sanctorum, quos ab inferis eduxiſti comitatus, in Regnum tuum intráſti; Vnde Oecumenius in cap. 9. ad Hebr. dicit, Chriſtum non ſolum in cęlum ingreſſum eſſe, ſed etiam ſecum duxiſſe genus humanum, ideſt multos ſanctos Patres, qui ſine dubio ſi in cælo cum Chriſto ſunt, ibi quoque cum ipſo beati ſunt. Ἀλλὰ λοιπὸν ἀνελθὼν (ὁ Χριστὸς) συνήγαγε τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων. ἦν μὲν γὰρ πρὸ τούτου ἄβατος (ὁ οὐρανὸς) νῦν δὲ διὰ τοῦ Χριστοῦ βατὸς γέγονε. Quocirca deſinant ſe iactare Græcos eſſe, qui talia inficiantur, non ſecus atque Hebræi, qui negant Scripturas ſacras de Meſſia, qui reuera non ſunt veri Iſraelitæ.

CAPVT XIV.

Soluitur ſecundum argumentum primæ opinionis varijs modis.

AD illud, quod debeat anima puniri cum corpore, reſpondet doctiſſimus Bellarminus lib. 2. de Purgatorio cap. 9. Primò deducendo rem ad abſurdum, quia ſi argumentum concluderet, probaret etiam animam ſeparatam non poſſe puniri in inferno, nec voluptatibus in Cælo frui, contra Euangelium Lucę 16. Crucior in hac flamma, & Lucæ 23. Hodie mecum eris in Paradiſo. Qua in re ad hoc idem melius & facilius declarandum, non eſt prætereunda ſen-

tentia

tentia quædã aurea Chryſoſtomi, qua hoc totum egregiè explicat tom. 5. Orat. 2. in ſanctum martyrem Babylam, & contra Iulianum, & Gentiles circa medium, vbi etiam reddit cauſam, cur Deus permittat corpora Sanctorum, & reliquias manere apud nos hic in terris: Αὐτὸν μὲν ἔχει λοιπὸν ὁ οὐρανός, τὸ δὲ σῶμα, τὸ πρὸς τὴν ἀριστείαν διακονησάμενον, ἡ γῆ· καὶ διενείματο ἡ κτίσις τὸν ἀθλητήν. καίτοιγε ἐξῆν καὶ μεταθεῖναι αὐτὸν κατὰ τὸν Ἐνὼχ, καὶ ἁρπαγῆναι κατὰ τὸν Ἠλίαν οὓς ἐζήλωσεν, ἀλλ' ὁ Θεὸς φιλάνθρωπος ὢν, καὶ μυρίας ἡμῖν τοῦ σώζεσθαι προφάσεις διδοὺς, καὶ ταύτην μετὰ τῶν ἄλλων διέτεμεν ἡμῖν τὴν ὁδὸν ἱκανὴν παρακαλέσαι πρὸς ἀρετήν, τὰ τῶν ἁγίων λείψανα παρ' ἡμῖν τέως ἀφεὶς. μετὰ γὰρ τὴν διὰ τοῦ λόγου δύναμιν, δευτέραν ἔχουσι τάξιν οἱ τῶν ἁγίων τάφοι πρὸς τὸ διεγείρειν εἰς τὸν τῶν ἴσων ζῆλον, τὰς τῶν θεωμένων αὐτοὺς ψυχάς. Et paulò infra: Καὶ τί λέγω τόπον καὶ τάφον, καὶ γὰρ ἱμάτιον μόνον πολλάκις τῶν ἀπελθόντων ὀφθὲν, ῥῆμα εἰς διάνοιαν ἐλθὸν διήγειρε τὴν ψυχὴν, καὶ τὴν μνήμην διανίστησι διαπίπτουσαν· διὰ ταῦτα ἡμῖν τὰ λείψανα τῶν ἁγίων ἀφῆκεν ὁ Θεός. Animam quidem ipſius Cælum habuit, corpus autem (quo tãquam miniſtro ad virtutis opera præſtanda vſus fuerat) terra. Sic vt creatura ipſa athletam diuiſerit. Atqui poterat Babylas vel exemplo Enoch transferri, vel Eliæ modo rapi, vt qui vtriuſque æmulator fuerat. At Deus, qua eſt in humanum genus benignitate inter alias, quas infinitas nobis ſalutis noſtræ occaſiones dedit, & hanc quoque viam nobis à ſe munitam eſſe voluit, idoneum ad virtutem capeſſendam ſtimulum, relictis ſcilicet interim apud nos Sanctorum reliquijs. Nam poſt ſermonis facultatem, ipſa certè Sanctorum ſepulchra proximum locum obtinent ad animas hominum in ipſos Sanctos intuentium, ad virtutum earumdem æmulationem excitandas. Et

paulò infra. Et quid hic de locis ac ſepulchris verba faciam? cum & ſæpe veſtis ſtola mortuorũ viſa, & verbum vnum in mentem influens animum noſtrum excitet, & memoriam interlabentē refricet, quibus de cauſis ipſas nobis Sanctorũ reliquias Deus reliquit. Idem in laudem S. Mart. Iuliani eadem nouo modo repetit. Ἐμερίσατο ὁ Θεὸς πρὸς ἡμᾶς τοὺς μάρτυρας· τὰς ψυχὰς λαβὼν αὐτὸς, τὰ σώματα ἡμῖν ἔδωκεν, ἵνα ἔχωμεν ὑπόμνησιν ἀρετῆς διηνεκοῦς τὰ ἅγια τούτων ὀστέα. εἰ γὰρ ὅπλα τὶς ἀγωνιστοῦ βλέπων ἡμαγμένα ἀσπίδα καὶ δόρυ, καὶ θώρακα, κἂν ἁπάντων νωθέστατος ᾖ, εὐθέως ἐξάλλεται, καὶ θερμότερος γίνεται, καὶ πρὸς τὸν πόλεμον ἐκπηδᾷ ἀπὸ τῆς ὄψεως τῶν ὅπλων λαβὼν παράκλησιν, πρὸς τὸ τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρῆσαι πράγμασιν, ἡμεῖς οὐχ ὅπλα ὁρῶντες, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου τὸ καταξιωθὲν αἱμαχθῆναι διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν, κἂν ἁπάντων ὦμεν δειλότεροι, πῶς οὐ πολλὴν ἕξομεν προθυμίαν, ὥσπερ τινὸς πυρὸς τῆς ὄψεως ταύτης εἰς τὴν διάνοιαν ἡμῶν ἐμπιπτούσης, καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν ἀγῶνα καλούσης ἡμᾶς; διὰ τοῦτο παρακατέθετο ἡμῖν τὰ σώματα τῶν ἁγίων ὁ Θεὸς, ἕως τοῦ καιροῦ τῆς ἀναστάσεως, ἵν' ἔχωμεν ὑπόθεσιν φιλοσοφίας μεγίστης. Deus nobiſcum partitus Martyres eſt, accipiens enim ipſe animas, largitus eſt nobis corpora. vt ſancta ipſorum oſſa quaſi virtutis eorum immortalis iugem memoriam habeamus. Nam ſi quis aſpiciens arma alicuius Athletæ cruentata, ſcutum videlicet, lanceam, ac thoracem; quamuis omnium inertiſſimus ſit, ſtatim proſilit, & animoſior factus ad bellum procurrit ex armorum aſpectu, hortatione ad idem aggrediendum accepta; nos, cùm non arma, ſed ipſum Sancti corpus ob Chriſti confeſſionem aſperſum ſanguine videamus, licet ſimus omnium timidiſſimi quo pacto hoc aſpectu velut igne in mentem noſtram illapſo ad idem

certamen nos prouocànte non longè alacriores euademus? Propterea nimirum Deus apud nos corpora Sanctorum ad resurrectionis vsque tempus deposuit, vt ingentis philosophiæ materiam habeamus.

Contra hoc tamen sunt duo argumenta, quæ eximius interpres Pererius proponit & soluit in cap. 6. Apocal. disp. 24. num. 93. Primum quia anima nostra non meretur, nisi dum est in corpore, tempus enim merendi est in præsenti vita, cùm anima viuificat, & regit corpus, secundùm illud Beati Pauli 2. ad Corinthios cap. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit siue bonum, siue malum. Sicut ergo anima non meretur sine corpore, ita nec præmium etiam accipere debet sine corpore.

Respondet, diuersam esse rationem merendi, & præmium accipiendi quantum ad hoc, quod est animam esse in corpore, vel extra corpus. Anima quippe indiget corpore ad merendum duas ob causas, tùm quia mereri est viatorum, via autem hominis definita est, & determinata à Deo præsenti vita, extra quam non est amplius merendi tempus; tum quia multo maximè, ac præstantissima pars meritorum hominis esse non posset sine corpore, vt patet in Martyrio, in virginitate, in renunciatione mundi, omniumque bonorum temporalium in abstinentia, & ieiunijs, & in multiplici corporis afflictatione, in exercendis misericordiæ operibus, & alijs huiusmodi. At verò ad percipiendum præmium, quod est Beatifica Dei visio, anima non eget corpore, illa enim visio non fit per reflexionem intellectus ad phantasmata, quemadmodum mens nostra intelligit dum est in corpore, sed fit per lumen gloriæ & eleuationem humani intellectus

supra

ſupra naturalem eius facultatem, & modum intelligendi.

Obiectio. Secundum argumentum eſt, quia beatifica Dei viſio cum ſit perfecta hominis beatitudo omninò explet, & vt ita loquar, quietat appetitum animæ, ſed anima ſeparata à corpore naturalem habet appetitum recipiendi corpus, qui nec expleri, nec quieſcere poteſt niſi recepto rurſus corpore, quod fiet in reſurrectione, ergo anima dum eſt ſeparata à corpore non habet beatificam Dei viſionem.

Solutio. Reſpondet, animam ſeparatam à corpore duplicem habere appetitum, alterum quidem primarium, & principalem, videndi ſcilicet Deum, in quo principalis & ſubſtantialis eius beatitudo conſiſtit, & per hanc viſionem Dei principalis appetitus eius omninò expletur. Habet quoque anima ſeparata alterum appetitum, videlicet viuificandi, & regendi corpus, qui non expletur, niſi poſt reſurrectionem. Cur autem iſta dilatio non inquietet, nec affligat animam tres cauſæ reddi poſſunt. Prima, quod anima ſeparata certiſſimam habeat ſpem opportuno tempore recipiẽdi corpus: deinde quòd habeat voluntatem omninò conformem voluntati Dei, videt autem Deum velle dilationem fieri vſque ad diem iudicij. Denique ſcit ex iſta dilatione iucundiorem ſibi, & glorioſiorem futuram receptionem corporis, nam in communi Sanctorum omnium, quæ ſimul fiet, glorificatione & gaudio illuſtrior erit gloria, cumulatiuſque gaudium ſingulorum. Sic Pererius.

Redeo ad reliquas cauſas, quas recenſet Bellarminus, cur modò anima non puniatur, vel præmio afficiatur cum corpore, ſed ſola; quia videlicet anima eſt ſubiectum & cauſa efficiens peccati: nam ſunt quędam
dam

dam opera hominum, quæ non possunt fieri nisi à toto composito, nec recipi nisi in totum compositum, vt illa omnia, quæ fiunt à potentijs organicis, vt loqui, videre, audire, &c. & talia dissoluto composito non inueniuntur amplius, & si quidem tale esset peccatum, argumentum planè concluderet, at non ita est. Peccatum enim est actus liberi arbitrij, & ideo à sola voluntate propriè fieri dicitur, & in sola voluntate formaliter inuenitur, dissoluto ergo homine peccatum integrè & solum reperitur in voluntate & per illam in anima non autem in carne mortua, ibi autem puniri vel purgari debet, vbi inuenitur.

Addit etiam idem Bellarminus, quòd caro suo modo quoque punitur, nam vt anima separata punitur pœna damni, quia caret visione Dei, & pœna sensus, quia torquetur igne; ita caro punitur pœna damni, quia caret vita, & pœna sensus, licèt impropriè, quia paulatim putrescit, & in cineres redigitur. Tamen prior solutio est melior, nam etiam corpora Sanctorum hæc patiuntur, qui tamen purgatione nō egent.

Hæc catholicissima doctrina verissimè præsupponit in ipso obitu fieri in momento iudicium particulare, quandoquidem iuxta decreta Concilij Florentini, qui peccato mortali inquinati ex hac vita decedunt, mox ad gehennam ignis descendunt; qui sine culpa lethali, sed cum debito pœnæ temporalis moriuntur, ad Purgatorium ducuntur. Denique qui post susceptum Baptisma, immunis à culpa, & debito pœnæ inueniuntur, in Cælum ad æternam felicitatem repentè conscendunt.

Credibile autem est, vt Theologi docent, sententiam Christi iudicis, vel per Angelos significari, vel mentibus ipsarum animarum à Deo reuelari. Sed

pias

pias animas comitantibus Angelis vel ad cęlum aſcendere, vel ad Purgatorium deſcendere: reproborum verò à Dæmonibus rapi, & in gehennam deturbari.

Fieri autem hoc iudicium in momento conſentaneum eſt, quia præſens adeſt iudex, qui cum ſit Deus & homo, ſecundùm formam Dei vbique eſt, ſecundùm formam hominis omnia etiam nouit. Veriſſimè enim ſanctus Petrus Chriſto dixit, Domine tu omnia noſti, adeſt accuſator, qui eſt Diabolus, qui dicitur in Apocalypſi, accuſator fratrum noſtrorum, & accurrit ad moribundos vt lupus, vel leo, vel canis ad prędam. Adeſt teſtis conſcientia animæ, quæ cùm à corpore ſoluta eſt, non amplius falli poteſt ignorantia, vel obliuione, ſed penitus ſe ipſa cognoſcit, & videt, an ſit grata Deo, vel Deo exoſa. Itaque nihil impedit quo minus iudicium hoc ſtatim fiat, & exequutioni mandetur.

At ſi ita eſt, cur neceſſe eſt iterum iudicari eos, qui ſunt iam non ſolùm iudicati, ſed etiam pœna, vel præmio affecti? Huius rei pijſſimus Bellarminus in 2. libro de arte benè moriendi capite 2. aliquot rationes aſſignat.

Prima eſt ex parte Dei, nunc enim non deſunt, qui videntes multos homines iuſtos ab impijs non paucioribus iniuſtè affligi, & contra multos iniquos affluere temporalibus bonis, ſuſpicantur ipſum Deum, aut iſta non videre, aut non curare. Quare vt totum genus hominum intelligat mundum à Deo ſapientiſſimè gubernari, placuit ipſi Deo in die nouiſſimo coram omnibus Angelis, & hominibus reddere præmia bonis & ſupplicia malis. Vnde omnes cogantur prædicare & dicere, iuſtus es Domine, vera & iuſta iudicia tua.

Altera

Altera ratio eſt, vt Chriſtus, qui coram hominibus iniuſtè iudicatus, & ſupplicio grauiſſimo & indigniſſimo affectus eſt, ipſe coram toto mundo cernatur in throno ſublimi omnes impios iudicare, vt illud impleatur, quod ſcriptum eſt in libro Iob cap. 36. Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt, cauſam iudiciumque recipias. Itaque ignominia paſſionis Filij Dei, iuſtè compenſabitur per gloriam iudicantis in theatro totius mundi, & tunc implebitur illud Apoſtoli Philipp. 2. In nomine Ieſu omne genuflectatur cæleſtium, terreſtrium & infernorum.

Tertia ratio eſt, vt retributio iuſtorum integra ſit, merces enim iuſtitiæ eſt honor, & gloria, & quoniam multi homines eximiè iuſti, quaſi ſceleſti & impij publicè interfecti ſunt, æquum fuit, vt in publico totius Orbis theatro iuſtitia ipſorum prædicaretur. Ad hunc numerum ſancti Martyres Domini pręcipuè pertinent, qui in oculis perſequutorum, Paganorum, vel Hæreticorum Principum, & Regum coronati aſſiſtent.

Quarta ratio erit ad confuſionem hypocritarum, non enim deſunt, qui cum opinione ſanctitatis moriantur, cùm verè ſint impij, quales ſunt Hæretici Caluiniani, vel Anabaptiſtæ, & olim erant illi, de quibus ſcribit S. Cyprianus in libro de vnitate Eccleſiæ. Ardeant licèt flammis, & ignibus traditi, vel obiecti beſtijs animas ſuas ponant, non erit illa fidei corona; ſed pœna perfidiæ, nec religioſæ virtutis exitus glorioſus, ſed deſperationis interitus. Itaque neceſſe eſt, vt ſaltem in vniuerſali iudicio, eorum hypocriſis publicè detegatur.

Quinta ratio illa eſt, vt animæ ſimul & corpora iudicentur. Siquidem in iudicio particulari ſolæ animę iudicantur, & præmium vel pœnam accipiunt, ſed in

iudicio vniuerſali integri homines comparebunt, & quoniam animæ cum corporibus peccauerunt, vel benè egerunt, ſic etiam oportet, vt poſt reſurrectionem animæ cum corporibus præmia, vel pœnas accipiant.

Sexta denique & potiſſima ratio eſt; vt non ſolùm bona, vel mala, quæ geſſimus in vita, præmia vel pœnas ſuas habeant, ſed etiam bona vel mala, quæ naſcuntur ex operibus bonis vel malis noſtris, & propagantur vſque ad mundi conſummationem, in mundi conſummatione laudem, aut vituperationem publicè ſortiantur.

Atque hinc conſtat, quot coronas Baſilius Magnus, qui Xenodochia, Gymnaſia, Monaſteria, Cœnobia ædificauit, quæ in longum tempus durarunt, hodieque durant; vbi præſtantiſſimi viri floruerunt, & ſcripta doctiſſima compoſuit, Eccleſiæque Dei reliquit; quot, inquam, coronas ad vltimum vſque acquiret? Quot Chryſoſtomus aureis ſuis ſcriptis, & heroicis operibus? Quot Auguſtinus eximius, & ſingularis Eccleſiæ Doctor? Quot Magnus Gregorius, & cæteri Patres? Contra verò quot cruciatus, & tormenta intolerabilia ſuſtinebunt illa viliſſima capita Photius κορυφαιόστατος ſchiſmatis, & Marcus Epheſius Oecumenici Concilij, inſtar alterius Arij, Macedonij, Neſtorij, & Eutychetis, cæterorumque ſimilium pertinaciſſimus oppugnator, qui duo præcipuè totam gentem Græcorum penitus perdiderunt, & adhuc perdere ſuis venenatis ſcriptis pergunt.

CA-

CAPVT XV.

Soluitur confirmatio adducta ex Paulo pro prima opinione.

LOcus Pauli ad Hebræos non habet ſenſum, quem volunt Græci, nam per repromiſſionem poteſt intelligi Incarnatio, quam Deus promiſerat Patribus Abrahæ, Iſaac, Iacob, Dauid, &c. Vnde Chriſtus dicebat; multi Reges, & Prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, &c. Itaque Sancti Veteris Teſtamenti non acceperunt hanc repromiſſionem Incarnationis Filij Dei, quæ facta eſt communis etiam Sanctis Noui Teſtamenti. Vel intelligi poteſt beatitudo animæ facta comparatione hominum Teſtamenti veteris cum hominibus Teſtamenti Noui quippe cœlum erat clauſum, & non præuenerunt illi Sanctos Noui Teſtamenti, ſed expectarunt vſque ad Chriſti aduentum. Tertiò per repromiſſionem intelligi poteſt beatitudo corporis & animæ, quam habebunt Sancti poſt reſurrectionem, & ideo addit illud verbum τελειωθῶσι, hoc tamen non obſtat, quin in præſentia animæ iuſtorum ſortitæ ſint beatitudinem. Quippe nulla iniuſtitia videtur eſſe, quod animus prius beatificetur. Primò non enim animus & corpus ſunt duo ſuppoſita veluti duo ſodales. Deinde ſi eſſet corpus ſuppoſitum mauult ſecundum vnam partem beatificari, quàm ſecundùm neutram, volenti verò nulla fit iniuria. Tertiò ad opera bona, vel mala animus concurrit principaliter, corpus inſtrumentaliter. Quartò, quia anima ſeparata eſt capax beatitudinis,

corpus verò ſeparatum non eſt capax. Huic autem expoſitioni aptare poſſumus, quod refert Gennadius, ſiue quicumque auctor in capite 4. circa finem de fruitione Sanctorum defenſionis Cõcilij Oecumenici Florentini, per repromiſſionem intelligendam eſſe reſurrectionem mortuorum, quę futura eſt omnium ſimul. Hanc enim vocat ἐπαγγελίαν, repromiſſionem, cum enim Iſraelis populus potius in captiuitate Babylonica ſalutem ſuam, & reditum in patriam deſperaſſet, nec mortuorum crederet reſurrectionem, Deus in viſione oſtendit eam Ezechieli cap. 37. pollicetur enim ſe aperturum ſepulchra eorum, & educturum eos de monumentis per Chriſtum, nimirum iudicem, quod etiam confirmauit Chriſtus Dominus Ioannis 5. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστὶν, ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκούσονται τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται. Amen, amen dico vobis, quòd venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem Filij Dei, & qui audierint, viuent. Hanc reſurrectionem vocat Lucas repromiſſionem in Actis Apoſtolorum cap. 13. Ἡμεῖς ὑμᾶς εὐαγγελιζόμεθα τὴν πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίαν γενομένην, ὅτι ταύτην ὁ Θεὸς ἐκπεπλήρωκε τοῖς τέκνοις αὐτῶν, ἡμῖν ἀναστήσας Ἰησοῦν. Et nos, inquiens, annunciamus vobis eam, quæ ad Patres noſtros repromiſſio facta eſt, quoniam hanc Deus adimpleuit filijs eorum, nobis reſuſcitans Ieſum. Vnde dicitur Chriſtus Πρωτότοκος τῶν νεκρῶν, primogenitus mortuorum. Eandem teſtatur Paulus in Actibus Apoſtolorum cap. 26. illis verbis: Καὶ νῦν ἐπ᾽ ἐλπίδι τῆς πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίας γενομένης ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἕστηκα κρινόμενος, εἰς ἣν τὸ δωδεκάφυλλον ἡμῶν ἐν ἐκτενείᾳ νύκτα καὶ ἡμέραν λατρεῦον ἐλπίζει καταντῆσαι· περὶ ἧς ἐλπίδος ἐγκαλοῦμαι, βασιλεῦ Ἀγρίππα, ὑπὸ Ἰουδαίων. Τί ἄπιστον κρίνεται

ται παρ' ὑμῖν, εἰ ὁ Θεὸς νεκροὺς ἐγείρει; Et nunc in ſpe, quæ ad Patres noſtros facta eſt à Deo repromiſſionis ſto iudicio ſubiectus; in quam duodecim Tribus noſtræ nocte, & die deſeruientes ſperant deuenire, de qua ſpe accuſor à Iudæis, Rex Agripa, quid incredibile iudicatur apud vos, ſi Deus mortuos ſuſcitat? Senſus igitur Apoſtoli eſt, cùm Deus vellet perfectè reſarcire damna Apoſtatarum poteſtatum, non hoc egit per partes ſuſcitans iuſtos, ſtatim vt mortem obibant, ſed expectauit, vt homines deſtinati naſcantur, & adimpleatur numerus ſaluandorum, ac ſtatuit diem, in quo omnes ſimul cum corporibus reſurrecturi ſunt, & vt interim maiorem fidem huius rei nobis faceret, ſuſcitauit Chriſtum primitias dormientium, qui ſemel mortuus iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, cæteri enim nonnulli, qui miraculosè ſurrexerunt iterum mortui ſunt.

Macarium Anachoritam alloquutum fuiſſe cranium cuiuſdam Gentilis, & illud reſpondiſſe ſe, & alios percipere maximam vtilitatem, & refrigerium, quotieſcumque ille vir ſanctus operaretur Sacris. Vt caſtis Catholicæ fidei dogmatibus prorſus diſſentaneum, & alienum, fabuloſum cenſemus, & ſententiam Damaſceni lib. 2. de fide Orthodoxa cap. 19. amplectimur, quæ huiuſmodi eſt: Ὅπερ ἐςὶ τοῖς ἀνθρώποις μετὰ τὸν θάνατον ὁ θάνατος, τοῦτο τοῖς ἀγγέλοις ἡ ἔκπτωσις, μετὰ γὰρ τὴν ἔκπτωσιν, οὐκ ἔςιν αὐτοῖς μετάνοια, ὥσπερ οὐδὲ τοῖς ἀνθρώποις μετὰ τὸν θάνατον. Itaque Doctor notat quod eſt hominibus mors, hoc eſſe Angelis caſus, poſt enim caſum non eſt illis pœnitentia, quemadmodum neque poſt mortem hominibus. Vnde etiam oratio, quæ circumfertur ſub nomine eiuſdem auctoris περὶ τῶν κεκοιμημένων mihi valde ſuſpecta eſt, an eius ſit, nec teme-

temerè recipienda, vbi multos damnatos vult esse saluos.

CAPVT XVI.

Respondetur ad auctoritates Sanctorum Patrum Iustini, & Irenæi.

QVòd autem animæ Sanctorum sint in Paradiso terrestri iam confutauimus, & ad auctoritates Sanctorum respondet elegantissimus Pererius lib. 3 in Genesim quęst. 5. Iustinum, & Irenæum, propter martyrij gloriam, & doctrinæ, atque sanctitatis laudem cum primis colere, ac venerari conuenire, in eo tamen quod de Paradiso tradiderunt, non magnam fidem apud nos habere debere. Vnde respondet ad omnia singillatim eorum obiecta.

Enoch translatum esse in illum Paradisum, ibique mansurum ad consummationem sæculi non est adeò certum, nam liber Ecclesiastici cap. 44. græcè, qua lingua liber ille primò ab auctore scriptus est, non habet vocem illam, Paradisus, sed præcisè sic habet: Ενωχ εὐηρέστησε κυρίῳ, καὶ μετετέθη ὑπόδειγμα μετανοίας ταῖς γενεαῖς. Enoch placuit Domino, & translatus est, exemplum pœnitentiæ generationibus, idest, vt sit exemplum pœnitentiæ, vel vt habet Vulgata, vt det pœnitentiam gentibus, scilicet suo exemplo. Ex quo intelligitur id quod habet Vulgata translatio, Enoch esse in Paradiso, non necessario concludi de Paradiso illo terrestri, quem descripsit Moses, vox enim, Paradisus,

radisus, in sacris litteris est nomen generale, vniuersè significans quemuis locum ad oblectãdum hominem amœnissimum, atque iucundissimum, etiam per metaphoram spiritualem. Sit igitur Enoch in Paradiso, non est tamen necesse eum esse in illo Paradiso, vnde eiectus est Adam. Deinde fuerit ante diluuium annis 669. sed eum Paradisum diluuio superfuisse, hodieque esse, atque in eo Enoch commorari certum esse negamus.

Huius sententiæ affert Pererius auctorem valdè grauem, & in primis catholicum, ac pium Rupertum; qui in lib. 3. de Trinitate, & eius operibus cap. 33. sic scriptum reliquit, Nusquam Scriptura dat intelligi, quod Enoch, & Eliam Deus tulerit in ipsum Paradisum, vbi comederent de ligno vitę & viuerent in æternum. sed ita sublati sunt, vt in secretam quamdam regionem terræ ducerentur, vbi in magna carnis, & spiritus quiete viuerent, quousque ad finem mundi redeant, & mortis debitum soluant.

Similia autem Ruperto Gregorius Magnus tradit de Elia, quem isti volunt vnà cum Enoch versari, homilia xxix. in Euangelia. In Cælum, inquit, aereum Elias subleuatus est, vt in secretam terræ quamdam regionem repentè duceretur, vbi in magna iam carnis & spiritus quiete viueret, quousque ad finem mundi redeat, & mortis debitum soluat, ille enim mortem distulit, non euasit.

Beatus quoque Augustinus lib. 2. contra Pelagium, & Celestium cap. 23. Sicuti certum est, inquit, Enoch, & Eliam nunc viuere, ita vbi nunc sint, an in Paradiso, an alibi incertum esse, neque eam quæstionem ad fidem catholicam pertinere.

Addamus nos magnum Athanasium, qui in oratione

ne

ne de Assumptione Domini, cuius initium, Ἡ μὲν τῆς ἀναστάσεως μνήμη, resurrectionis memoria, dedisse, ait, Deum spem immortalitatis generi humano, cùm Enoch transtulit è medio hominum, neque dicit eum collocasse in Paradiso. Et ne intercederet multum temporis, & homines desperarent immortalitatem, ostendit Deus nouum miraculum, Eliam superiorem, & victorem mortis, quippe assumptus est in Cælum, non tamen, inquit, in Cælum transcendens firmamentum in illis locis moratur, sed dum adduceret Dominus Eliam, ὡς εἰς οὐρανόν, eum sistit ad superna tendentem. Tandem concludit Athanasius: Οὕτω μὲν οὖν τοῖς περὶ τὸν Ἐνὼχ καὶ Ἠλίαν ὁ Θεὸς ἀγαθῇ ἐλπίδι εὐφράνας τοὺς ἀνθρώπους, δι᾽ ἂν ἀνθρώποις ἐστι τον τοῦ ἀέρος δρόμον ἱππήλατον ἥπλωσεν. Sic igitur exemplo Enoch, & Eliæ Deus optima spe lætificans homines per ipsos, hominibus aeris cursum æquitabilem pandit, quod est idē, quod ait Gregorius cælum aereum.

Chrysostomus Oratione in Descensum Domini ad Inferos, & in Latronem, vt saluaret verba Christi, Hodie mecum eris in Paradiso, arbitratur Paradisum, in quo receptus est Latro, fuisse terrestrem, & Latronē statim post mortem amandatum fuisse à Christo (ita loquitur Chrysostomus, vt saluet illud, Hodie) & à flammea romphæa ostenso signo Crucis admissum fuisse (non ergo secum iuit, cùm tamen Christus dicat, Hodie mecum eris in Paradiso) cæterum Latro, inquit Chrysostomus, neminem reperit in Paradiso, & cum stupore teneretur, ἐφάνησάν μοι εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τῆς ἀνατολῆς δύο ἄνδρες, Apparuerunt, inquit, mihi in dextris partibus Orientis duo viri graues & decori (non dicit Chrysostomus in Paradiso) hi erant Elias, & Enoch, qui loquuntur cum Latrone, interim super-
ueniunt

ueniunt reliqui ſancti Patres, & Prophetæ, quos Chriſtus eduxerat de Limbo, & eos pariter miſerat in Paradiſum (quia nimirum non ſtatim Chriſtus Dominus erat aſcenſurus in Cœlum) hi recepto Latrone intus, mirãtur quòd illos precesſerit, & primus in Paradiſum ingreſſus fuerit. Tandem Chriſtus Dominus expolians Infernum, & mortem conculcans, & vectes ferreos confringens, & diabolum ligans, hominemque liberans, πάντας εἰς οὐρανοὺς ἀνεκόμισεν ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, è mortuis poſtquam reſurrexit, omnes ſecum in Cœlum duxit. (nimirum poſt quadraginta dies) Sic Chryſoſtomus in ea Oratione: & nota ſecundùm Chryſoſtomum, quòd Chriſtus omnes duxerit in Cœlum. Quod idem teſtatur tomo 7. Oratione 11. in illud, Ὅσα ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, &c. Ἀναπετάσας τὰς πύλας τοῦ ᾅδου, καὶ πάντας τοὺς ὑπ' αὐτοῦ δεδέντας, μεθ' ἑαυτοῦ λαβὼν εἰς οὐρανοὺς, πρὸς τὸν πατέρα ὡς γίγας ἀνέδραμε. Aperuit portas Inferni, & cunctos, qui ab eo detinebantur ligati, ſoluens & ſecum ducens in Coelos, ad Patrem vt gigas redijt.

Quoniam tamen de Enoch & Elia, quòd ſint in Paradiſo terreſtri, eſt ſententia multorum auctorum. reſpondet Pererius adducto quodam dicto Vincentij Lyrinenſis, quod eſt huiuſmodi. Antiqua, inquit, ſanctorum Patrum conſenſio non in omnibus Diuinæ legis quæſtiunculis, ſed ſolùm in fidei regula magno nobis ſtudio, & inueſtiganda eſt, & ſequenda.

Pererius illud Pauli de terreſtri Paradiſo, ſic ſoluit verba Pauli, quæ ſunt in 12. cap. 2. epiſtolæ ad Corinthios manifeſtè redarguunt hanc expoſitionem, ait enim ſe raptum eſſe ad Paradiſum, & ad tertium Cœlum, quare Paradiſus ille Pauli non terrenus fuit, ſed cœleſtis & diuinus. Chryſoſtomus de Paulo, quod au-

dierit arcana non in terreſtri, ſed in cœleſti Paradiſo admodum magnificis verbis teſtatur in Oratione de laudibus Principum Apoſtolorum Petri & Pauli: Ὁ τριώροφον οὐρανὸν διελθών, καὶ εἰς παράδεισον εἰσελθών, καὶ μέχρι τῆς δεσποτικῆς, καὶ ἀπερινοήτου καθέδρας αἰαβὰς, καὶ ἀκούσας τῶν ἀποῤῥήτων μυστηρίων, ὧν οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. Qui Cœlum trium faſtigiorum, ſeu culminum penetrauit, & in Paradiſum ingreſſus vſque ad dominicam, & incomprehenſibilem cathedram aſcendit, & audiuit arcana myſteriorum, quæ non licet homini loqui.

Et profectò Paulus ignorat vtrum in corpore, an extra corpus raptus fuerit in paradiſum, at quid mirum & inſolitum fuiſſet, & quam ignorantiam cauſare potuiſſet, ſi Paulus in corpore exiſtens ad ſuperſtites, & corporeos Enoch, & Eliam non dicam raptus, ſed vtcumque in Paradiſum terreſtrem ductus fuiſſet? ad eum modum, quo Angelus per capillos arreptum Abacuc prophetam, & ductum in Babylonem introduxit afferentem Danieli prandium in lacum leonum?

Porrò presbyteros Aſiæ Apoſtolorum diſcipulos conſtat eodem referente Irenæo, quædam & falſa, & diuinis litteris contraria docuiſſe, iſti enim errorem Chiliaſtarum proſeminarunt, quem etiam acceptat Iuſtinus quæſtione 71. & Irenæus ipſe in lib. 3. aduerſus hæreſes cap. 39. perſuadere ſtudet Chriſtum Dominum annos propè quinquaginta in terra vixiſſe, deceptus auctoritate horum presbyterorum Aſiæ, qui id ſibi ab Apoſtolis traditum alios docuerunt. Reliquas etiam obiectiones eodem loco ſoluit Pererius.

Defenditur Iuſtinus. Nos diſtinguimus, & ſeparamus Iuſtinum ab Irenæo, & eum ab errore vindicamus. Quæſtiones enim illas ad Orthodoxos fatemur non eſſe Iuſtini Martyris, argu-

argumento eſt, nam quæſtione 82. & 86. citatur Origenes, qui interpretatur nomina hebræa. & quæſtione 115. citatur Irenæus, & Martyr appellatùr, cùm tamen Iuſtinus vtroque antiquior fuerit. Nam ipſe etiam Irenæus lib. 5. Iuſtinum Martyrem adducit, tamquam ſe antiquiorem, vt egregiè notat Bellarminus in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, verbo S. Iuſtinus.

Reſtat ſolus Irenæus, qui ita ſenſerit, ſed ille vnus non præponderat cæteris Patribus, præſertim toti Eccleſiæ tam Occidentali, quàm Orientali. Peccat verò multipliciter in hac materia. Primò, quia ſumit tunc fuiſſe Paradiſum terreſtrem cùm tamen viri doctiſſimi doceant poſt diluuium non amplius remanſiſſe Paradiſum, ſupponit ergo falſum. Videndus eſt Benedictus Pererius in Geneſim, vir accuratiſſimus, & in exponendis ſacris litteris apprimè doctus, ingenioſiſſimus, & inter paucos elegantiſſimus. Error Irenæi.

Deinde, quamuis eſſet paradiſus terreſtris, falſum eſt illum tantum eo nomine appellari quia nomen paradiſi in Scriptura etiam ſumitur pro alio.

Notandum enim in Scriptura, hoc nomen propriè ſignificare generaliter quemlibet locum corporalem, plenum delicijs, amœnum, aptum ad oblectandum; & quòd non ſolùm ille paradiſus terreſtris Adami ſic appelletur in Scriptura, patet, nam Geneſis 13. terra Sodomæ, & Gomorrhæ priuſquam ſubuerteretur à Domino, dicitur fuiſſe ſicut paradiſus. In lib. Eccleſiaſtici capit. 2. Salomon ait ſe feciſſe hortos, & pomaria, pro quo Septuaginta habent paradiſos. Eſt nomen hoc, paradiſus, Perſicum, inde enim fuit ſumptum à Græcis, horti regales Regum Perſarum appellabantur paradiſi, vt patet ex Xenophonte, &

hoc propriè per ſimilitudinem nomen paradiſi tranſfertur ad denotandam gloriam cœleſtem. Ita dicitur Apocalypſis 2. Dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo. Et 2. ad Corinthios 12. ait Apoſtolus ſe raptum in tertium Cœlum, & in Paradiſum.

Poſtremò quod opponunt nonnulli, quamuis Chriſtus non aſcenderit in Cælum, niſi poſt quadraginta dies, interpretatio tamen iſtorum Patrum repugnat apertè verbo (hodie) nam illo die Chriſtus non fuit in paradiſo terreſtri, nam ſtatim poſt mortem anima eius deſcendit ad inferos, neque aſcendit ſuper terram, niſi triduo poſt reſurrectionem. Neque illud (mecum) poteſt referri ad ſuppoſitum diuinum, quia eſſet friuola loquutio; & profectò ineptè interpretatur Euthymius, ſic enim erat cum Latrone etiam quãdo furabatur, quia ſuppoſitum diuinum vbicumque eſt; & multo minus ad corpus, quod fuit in ſepulchro. Quapropter ex Auguſtino epiſtola 57. vbi hunc locum explicat, dicendum eſt per paradiſum intelligi fruitionem gloriæ, & felicitatis æternæ, quam Dominus noſter ſtatim largitus eſt illi Latroni poſt eius mortem.

CA-

CAPVT XVII.

Agnoſcitur Homilia Chryſoſtomi adducta in prima ſententia, ſed probatur non paucis teſtimonijs, Chryſoſtomum mutaſſe ſententiam, & ſoluuntur illius obiectiones.

AD obiectionem Chryſoſtomi, dicere homiliam, quam nobis obiecimus, non eſſe Chryſoſtomi phraſis, modus loquendi, comparationes, Metaphoræ, & cætera huiuſmodi nos arguunt. Proinde fatendum eſt, Chryſoſtomum ita intellexiſſe locum Pauli in ea Homilia, vt nobis obiecimus, quòd fortaſſis iuuenis illam compoſuerit, ſed eum mutaſſe poſteà ſententiam, quod multis rationibus probo: nam Sanctorum animas eſſe in cœlo, & frui cœleſti gloria non vno in loco docet Chryſoſtomus, ergo è contrario impiorum animas eſſe in inferno par eſt, eum dicere exiſtimaſſe. Ad Philippenſes homilia 3. Πενθῶμεν τοὺς ἁμαρτωλοὺς μὴ ἀποθνήσκοντας μόνον, ἀλλὰ καὶ ζῶντας, χαίρωμεν δὲ ἐπὶ τοῖς δικαίοις μὴ ζῶσι μόνον ἀλλὰ καὶ τετελευτηκόσιν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ καὶ ζῶντες τεθνήκασιν, οὗτοι δὲ καὶ ἀποθανόντες ζῶσιν, ἐκεῖνοι καὶ ἐνταῦθα ὄντες ἐλεεινοὶ πᾶσιν εἰσὶν, ἐπειδὴ Θεῷ προσκεκρούκασιν, οὗτοι καὶ ἐκεῖ μεταστάντες μακάριοι, ὅτι πρὸς τὸν Χριστὸν ἀπῆλθεν. οἱ ἁμαρτωλοὶ ὅπου ἂν ὦσι πόῤῥω τοῦ βασιλέως εἰσὶ, διὰ τοῦτο δακρύων ἄξιοι, οἱ δὲ δίκαιοι ἄντε ἐνταῦθα, ἄντε ἐκεῖ μετὰ τοῦ βασιλέως εἰσὶ, κἀκεῖ μᾶλλον καὶ ἐγγύτερον, οὐ διὰ εἰσόδου, οὐ διὰ πίστεως, ἀλλὰ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. Lugeamus peccatores non ſolum morientes, ſed etiam viuentes,

uentes, de Iustis gaudeamus non solùm dum viuunt; verùm etiam postquam mortui fuerint. Nam illi quidem dum viuunt mortui sunt, hi verò etiam cùm mortui fuerint, viuunt: illi etiam dum hic sunt miserabiles omnibus existunt, quoniam Deum offendunt, hi verò etiam illuc translati beati sunt, quoniam ad Christum sunt profecti. Peccatores vbi vbi sunt, procul à Rege sunt, propterea lacrymis digni: Iusti autem siue hic, siue ibi cum Rege sunt, atque ibi quidem multò magis ac propius, non quasi quodam interiecto vestibulo, non per fidem, sed facie ad faciem.

Et homilia 4. in eadem epistola: Τί λέγεις; μέλλων ἐντεῦθεν πρὸς τὸν οὐρανὸν μεθίστασθαι, καὶ μετὰ Χριστοῦ εἶναι, οὐ γνωρίζεις τί αἱρήσῃ; Quid ais, cùm hinc abiens in Cœlum sis migraturus, & cum Christo futurus ignoras quid eligas? Et paulò post: Τί λέγεις; εἶδας καὶ πέπεισαι, ὅτι μετὰ Χριστοῦ μέλλεις εἶναι, καὶ ἀμφιβάλλεις λέγων, οὐκ οἶδα τί αἱρήσομαι; Quid est quod dicis? nosti, ac pro comperto habes, futurum te esse cum Christo, & hæsitas, ac dicis quid eligam nescio? Et paulò infra: Τίς ἔμπορος, εἰπέ μοι, θησαυρῶν μυρίων πλήρη τὴν ὁλκάδα ἔχων, παρὸν εἰς λιμένα καταδραμεῖν, καὶ ἀναπαύσασθαι, εἵλετο θαλαττεύειν ἔτι; τίς ἀγωνιστὴς, παρὸν στεφανωθῆναι, εἵλετο ἀγωνίζεσθαι; τίς πυκτεύων παρὸν ἀναδήσασθαι τὸν στέφανον, ἕλοιτο πάλιν εἰς τὸν ἀγῶνα εἰσιέναι, καὶ κατακόπτειν τὴν ἑαυτοῦ κεφαλήν; ποῖος στρατηγὸς, ἐξὸν ἀπαλλαγῆναι τοῦ πολέμου μετὰ εὐδοξίας, καὶ τροπαίων, καὶ μετὰ τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς βασιλείοις ἀναπαύεσθαι, κατεδέξατο ἂν ἔτι καὶ ἱδροῦν, καὶ παρατάττεσθαι; Ecquis mercator naui vectus innumerabilium thesaurorum plena, si liceat subire portum ac requiescere, mari adhuc iactari malit? Ecquis athleta cùm liceat corona potiri, adhuc certare postulet? Ecquis pugil cùm coronam possit indue-

induere, malit rurſus in certamen deſcendere, & ſuum ipſius caput concidendum præbere? Ecquis dux, qui in bello cum gloria & trophæis liberari queat, & cum Rege in regia quietus degere, ſeque oblectare, adhuc & ſudare præoptet, & in aciem prodire?

Hæc Chryſoſtomus ſuper illis verbis ad Philippenſes cap. 1. Τί αἱρήσομαι οὐ γνωρίζω, συνέχομαι δὲ ἐκ τῶν δύο, τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον, τὸ δὲ ἐπιμένειν ἐν τῇ σαρκὶ ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς. Quid eligam ignoro, coarctor autem è duobus, deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, multo magis melius, permanere autem in carne magis neceſſarium propter vos. Hic & locus Pauli, & expoſitio Doctoris damnat præſentes Græcos.

Deinde Chryſoſtomus ſæpiſſimè in ſuis ſcriptis inculcat, defunctorum animas valde iuuari ſacrificijs, eleemoſynis, & operibus pijs, ergo in aliquo tormento & cruciatu exiſtunt, Οὐκ εἰκῇ ταῦτα ἐνομοθετήθη ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων, τὸ ἐπὶ τῶν φρικτῶν μυστηρίων μνήμην γίνεσθαι τῶν ἀπελθόντων, ἴσασιν αὐτοῖς πολὺ κέρδος γινόμενον, πολλὴν τὴν ὠφέλειαν. Non temerè ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt, vt in tremendis myſterijs, mortuorum fieret commemoratio, ſciunt enim multum illis lucrum fieri, multam contingere vtilitatem.

Ad ſolutiones Chryſoſtomi male diſtinguit in eo loco paradiſum à regno cœlorum, & melius ſoluit Theophylactus ſuper Lucam, qui ait· Ἔστι δὲ εἰπεῖν ὅτι εἰ καὶ ταὐτόν ἐστι βασιλεία οὐρανῶν καὶ παράδεισος, οὐδὲν κωλύει καὶ τὸν κύριον ἀληθεύειν καὶ τὸν Παῦλον· ὁ γὰρ λῃστὴς ἔστι μὲν ἐν παραδείσῳ, ἤτοι τῇ βασιλείᾳ, καὶ οὐ μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ πάντες, οὓς ἀριθμεῖται ὁ Παῦλος, οὐ μέντοι ἀπήλαυσε τῆς τελείας τῶν ἀγαθῶν κληρονομίας. Poſſumus autem dicere,

quod

quòd quamuis idem ſit regnum cœlorum, & paradiſus, nihil obſtat, quin & Dominus vera dixerit, & Paulus. Siquidem Latro eſt quidem in paradiſo, nimirum in regno. neque ſolùm ipſe, ſed etiam omnes, quos enumerat Paulus, nondum tamen fruitur tota bonorum aſſignata parte. Et infra cùm Paulus dicit, non acceperunt repromiſſionem τὸ ὁλόκληρον ἐνέϛησεν, totum & integrum indicauit, hoc eſt animi & corporis beatitudinem.

Ad alteram probationem, qui non credit iam iudicatus eſt, non accipitur præteritum pro futuro, non enim vult Dominus dicere, certò iudicabitur, ſed verè iam iudicatus eſt, & condemnatus à ſe ipſo, cùm nolit eam fidem amplecti, per quam ſaluus eſſe poteſt. Similiter qui credit in Filium Dei iam tranſlatus eſt de morte ad vitam, quia iam in præſenti viuit vita ſpirituali, hoc ipſo quod credidit. Exemplum verò Adami non eſt ad rem, ſi enim poſſunt ſaluari Chriſti verba, & petitio Latronis ſine iſtis exemplis, vt ea ſaluat Auguſtinus, quid hac opus eſt ſolutione? Quando enim ſunt verba prophetica, & obſcura, tunc recurrendum eſt ad figuras, quando etiam abſurditas aliqua ſequeretur iuxta regulas interpretandi ſacram Scripturam. At hæc verba continent ſimplicem petitionem Latronis, & promiſſionem Chriſti vndè Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 13. Σὺ διὰ τοῦ ξύλου εἰσάγῃ εἰς τὸν παράδεισον, &c. Tu, inquit (loquens de Latrone) de ligno introduceris in Paradiſum. Οὔπω Ἀβραὰμ ὁ πιστὸς εἰσῆλθε, καὶ ὁ λῃστὴς εἰσέρχεται, οὔπω Μωϋσῆς, καὶ οἱ Προφῆται καὶ ὁ λῃστὴς ὁ παράνομος εἰσέρχεται. Nondum Abraham ingreſſus eſt, & Latro ingreditur, nondum Moyſes, & Prophetæ, & iam Latro iniquus ingreditur, &c. Et ne putemus illum loqui de Paradiſo terreſtri,

ſtri, Μὴ φοβηθῆς τὸν ὄφιν, οὐκ ἐκβαλεῖσε· πέπτωκε γὰρ ἐξ οὐρανῶν, Ne timeas, inquit, ſerpentem, cecidit enim de Cœlo, non te eijciet. Quamuis enim flammei gladij mentionem faciat, hoc ideò quia terreſtris Paradiſus fuit figura cœleſtis.

CAPVT XVIII.

Reijcitur PſeudoAthanaſius in quæſtionibus ad Antiochum ex verò Athanaſio, & probatur veritas Catholica.

AD locum Athanaſij in quæſtionibus ad Antiochum, reſpondendum eſt, non eſſe opus Magni Athanaſij, quod inde conſtat, quia in quæſtione 3. citat ſanctum Epiphanium. Et quæſtione 8. Gregorium Nyſſenum, & in libello, qui continet dicta, & interpretationes parabolarum Euangelij quæſt. 86. & 99. Gregorium Naziãzenum, qui omnes ſunt poſteriores Athanaſio. & præterea ex eo apparet eſſe recentem auctorem, nam in eodem libello quæſtione 76. exponens illud, Quare fremuerunt gentes, ita ſcribit, Ἔθνη λέγει τῶν Ρωμαίων, ἤγουν τῶν Φράγκων τὸ γένος, Gentes dicit Romanos, videlicet Francorum genus; quod ſanè non dixiſſet verus Athanaſius, ſed poſteriores Græci capta Conſtantinopoli à Gallis & Vene-

tis, omnes Italos vocabant Francos, vt etiam nunc vocant, & prouerbium erat, Φράγγον φίλον ἔχε, γείτονα δὲ μή, Francum amicum habe, vicinum verò minimè. Præterea plenus eſt contradictionum liber ille. Confer quæſtionem 28. ad Antiochum cum 29. vbi negat oculum mortalem poſſe videre Deum, Angelum, & animam hominis, & tamen Deiparam ſolam aſpexiſſe nudam eſſentiam Gabrielis Archangeli. Et in libello qui inſcribitur, quæſtiones aliæ, quæſt. 4. vbi ponit exemplum Orbis ſolaris, radij, & luminis, dicit Filium eſſe ſolum ex ſolo, & Spiritum ſanctum ſolum ex ſolo, & non aduertit ineptiſſimus Auctor, quòd ſi Spiritus, vel Paraclitus eſt ſolus ex ſolo, non igitur Filio attribuendum eſt, eſſe ſolum ex ſolo Patre, contra quam docet verus Athanaſius in Symbolo, Ὁ υἱὸς ἀπὸ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐστὶν, οὐ πεποιημένος, οὐδὲ δεδημιουργημένος, ἀλλὰ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Πατρὸς, Filius à Patre ſolo eſt non factus, nec creatus, ſed genitus. Et in expoſitione Fidei, loquens de Filio dicit, Τὸν ἐκ τοῦ ὄντος ὄντα, τὸν ἐκ τοῦ μόνου μόνον, Eum eſſe ab eo, qui eſt, & ſolum à ſolo, quamuis dubium ſit, an ea expoſitio Fidei ſit Athanaſij, ſed certè catholica eſt. Et ſimiliter in expoſitione Fidei, quam Gregorius Thaumaturgus per reuelationem accepit, Filius dicitur μόνος ἐκ μόνου, neque apud vllum Doctorem reperitur Spiritus ſanctus eſſe ſolus à ſolo, niſi apud iſtum PſeudoAthanaſium. At verò de ſecunda perſona Trinitatis non poſſumus idem affirmare, prẹter enim allata teſtimonia, Nazianzenus etiam in 2. Oratione de Filio dicit, Μονογενὴς δὲ οὐχ ὅτι μόνος ἐκ μόνου, καὶ μόνον, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ μονοτρόπως, Vnigenitus verò non quia ſolus ex ſolo, & ſolum, ſed etiam quia peculiari quodam modo.

Dici-

Dicitur autem Filius ſolus à ſolo, quia prima Perſona Trinitatis eſt ſola, quæ ſit Pater, ſecunda quæ ſit Filius, neque Spiritus ſanctus eſt Pater, vt Filius ſit à duobus, neque Pater generat præter vnum Filium, & ſic eſt ſolus à ſolo, & *μόνον*, quia ab æterno vniformiter ſemper generatus eſt, generatur, & generabitur, quia tamen æternitas in Deo non eſt per partes, ſed tota ſimul, melius quadrat dicere generatur. *μονοτρόπως*, quod nimirum differat in modo emanationis; cùm Filius habeat eſſe per modum generationis, Spiritus ſanctus per modum proceſſionis, is ergo ſolus Filius à ſolo Patre genitus habet omnia Patris, *δίχα μόνου τοῦ εἶναι Πατήρ*, vt ait Cyrillus in 9. ex duodecim capitibus, & in 2. Oratione ad Hermiam de Filio dicat eum, *πάντα ὅτι οὖν ἰσομέτρως ἔχοντα δίχα μόνου τοῦ τεκεῖν*, habere omnia æqualiter abſque eo quòd generet. Si igitur Pater *ἐκπορεύει*, producit Spiritum ſanctum, producere verò non eſt generare, alioquin Spiritus ſanctus eſſet Filius, ergo illud habet Filius, qui habet omnia præter generare, ergo producit Spiritum ſanctum, non igitur Spiritus ſanctus eſt ſolus à ſolo, vt garrit & blaſphemat PſeudoAthanaſius, contra verum Athanaſium.

Et confirmatur, nam omnia, quę dicitur Filius reſpectu Patris, dicitur Spiritus ſanctus reſpectu Filij. ſic enim tradit Magnus Athanaſius in epiſt. ad Serapionē, cuius initium eſt, *Τὰ γράμματα τῆς σῆς ἱερᾶς διαθέσεως*, Litteræ tui ſacri affectus, &c. *Ὥσπερ γέννημα μονογενὲς ὁ Υἱός ἐστιν, οὕτως καὶ τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Υἱοῦ διδόμενον, καὶ πεμπόμενον καὶ αὐτὸ ἕν, καὶ οὐ πολλά, οὐδ' ἐκ πολλῶν ἕν, ἀλλὰ μόνον αὐτὸ τὸ Πνεῦμα. ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ Υἱοῦ τοῦ ζῶντος λόγου, μίαν δεῖ εἶναι τελείαν καὶ πλήρη τὴν ἁγιαστικὴν, καὶ φωτιστικὴν ζωὴν,*

οὖσαν ἐνέργειαν αὐτοῦ καὶ δωρεάν. ἥτις ἐκ Πατρὸς λέγεται ἐκπορεύεσθαι, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ λόγου, τοῦ ἐκ Πατρὸς ὁμολογουμένου ἐκλάμπει, καὶ ἀποστέλλεται, καὶ δίδοται. ἀμέλει ὁ μὲν Υἱὸς παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀποστέλλεται, οὕτω γάρ φησιν, ὁ Θεὸς ἠγάπησε τὸν κόσμον, ὥστε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ὁ δὲ Υἱὸς τὸ Πνεῦμα ἀποστέλλει, ἐὰν γάρ φησιν, ἐγὼ ἀπέλθω, ἀποστελῶ τὸν παράκλητον. καὶ ὁ μὲν Υἱὸς τὸν πατέρα δοξάζει λέγων, πατὲρ ἐγώ σε ἐδέξασα, τὸ δὲ Πνεῦμα δοξάζει τὸν Υἱόν, ἐκεῖνος γάρ φησιν, ἐμὲ δοξάσει. καὶ ὁ μὲν Υἱός, φησιν, ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός μου ταῦτα καὶ λαλῶ εἰς τὸν κόσμον, τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβαίει. ἐκ τοῦ ἐμοῦ γὰρ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, φησί, καὶ ὁ μὲν Υἱὸς ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρὸς ἦλθε, τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ Πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου. τοιαύτην δὲ τάξιν, καὶ φύσιν ἔχοντος τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸν Υἱόν, οἵαν ὁ Υἱὸς ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα, πῶς ὁ τοῦτο κτίσμα λέγων, οὐ τὸ αὐτὸ καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ ἐξ ἀνάγκης φρονήσει; Quemadmodum Filius eſt germen vnigenitum, ita & Spiritus, qui à Filio datur tur & mittitur, vnus & ipſe eſt, & non multi, neque vnus ex multis, ſed ipſe ſolus eſt; cùm enim vnus ſit Filius Verbum viuens, vnam oportet eſſe perfectam, & plenam illam ſanctificatricem, & illuminatricem vitam, quæ eius operatio, & donum eſt. Quæ à Patre dicitur procedere quoniam ex Verbo, quod vt in confeſſo eſt, à Patre eſt, elucet, & mittitur, & datur. Profectò & Filius à Patre mittitur, ita enim ait, Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret. Porrò Filius Spiritum mittit, Si enim, inquit, abiero mittam Paraclitum. Et Filius quidem Patrem glorificat inquiens, Pater ego te clarificaui; Spiritus verò glorificat Filium, Ille enim, inquit, me glorificabit; & Filius quidem ait, Quæ audiui à Patre, hęc loquor ad mundum; Spiritus autem à Filio accipit,

De

De meo enim, inquit, accipiet & annunciabit vobis; & Filius in nomine Patris venit, Spiritum verò sanctum, quem, inquit, mittet Pater in nomine meo, cùm igitur huiusmodi ordinem & naturam habeat Spiritus ad Filium, qualem Filius habet ad Patrem, quì fieri potest, vt qui Spiritum creaturam dicit, non illud idem de Filio sentiat? Hactenus Athanasius. Dicamus nos, quì fieri potest, vt qui Filium dicit hæc omnia habere ad Patrem, quæ idem significant, quia generatur ab eo, non dicat etiam Spiritum hæc eadem habere ad Filium, quia procedit ab eo?

Præterea ad hoc idem confirmandum vtor argumento ad hominem. Quamuis enim Latini Patres soli Filio attribuant nomen imaginis, quia procedit vt Verbum, de cuius ratione est similitudo speciei ad id à quo procedit; tamen Grecorum Patres cum vsurpent nomen imaginis pro perfecta similitudine, meritò dicunt Spiritum sanctum imaginem Filij, vt Filium Patris. Solent autem recentiores Græcorum respondere, Spiritum sanctum dici imaginem Filij, quia sit consubstantialis; sed hoc responsum insufficiens existimat magnus ille & verus Theologus Gregorius Nazianzenus 2. Oratione de Filio versus finem, vbi de eo his verbis differit, Εἰκὼν δὲ (ἀληθῆ καὶ ἓν ἀληθὲς ὁ Υἱὸς) ὡς ὁμοούσιον, Imago verò est (Filius) vt eiusdem cum Patre substantiæ. Et addit, Καὶ ὅτι τοῦτο ἐκεῖθεν, καὶ οὐκ ἀπὸ τούτου Πατήρ, Et quia ex illo est, non autem ex hoc Pater. Et reddit rationem cur ita, Αὕτη γὰρ εἰκόνος φύσις, μίμημα εἶναι τοῦ ἀρχετύπου, καὶ οὗ λέγεται. Hæc enim imaginis natura est, vt exemplar suum, & id cuius dicitur imitando referat. Sed Spiritus sanctus est imago Filij, vt passim affirmant multi Doctores, Gre-

gorius

gorius Thaumaturgus, Athanaſius, Baſilius, immo & Μηναῖα Græcorum hoc idem habent in feſtiuitate Baſilij, ergo Spiritus ſanctus non ſolùm eſt conſubſtantialis Filio, ſed etiam vt imago procedit ab eo. Eſtque hoc argumentum in doctrina Græcorum inſolubile.

Sed de his ſatis, non enim de induſtria tractamus hanc quæſtionem, quocirca redeundum nobis eſt ad prædictum falſum Auctorem, qui malè applicat exemplum Solis, nam ex ſole procedit ſplendor, & ex Sole & ſplendore prouenit lux, ipſe verò dicit ex corpore ſolari generatur radius, & ex corpore ſolari per radium oritur lux, quod eſt verum; ſed ipſe ineptè applicat, quòd Filius generatur à ſolo Patre, & Spiritus ſanctus à ſolo Patre procedit, & per Filium mittitur ad creaturas. Quare non dicit procedit? Sed accipit perſonam Spiritus ſancti pro eius donis, quæ tamen non ſeparantur ab eius perſona, & vbi ſunt eius dona, ibi eſſe ipſummet Spiritum ſanctum neceſſe eſt, vt propterea iuſti nominentur templum Dei, 1. Corinthiorum capite 3. Οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστὲ; καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; Neſcitis quòd templum Dei eſtis? & Spiritus Dei habitat in vobis? Et 2. Corinthiorum capit. 6. Ὑμεῖς ναὸς Θεοῦ ἐστὲ ζῶντος, καθὼς εἶπεν ὁ Θεὸς (citat locum Leuitici 26.) ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός. Vos eſtis templum Dei, ſicut dicit Deus, quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. Quin & ipſi Græci in illo celeberrimo hymno idem canunt, & fatentur quod negant (quod eſt ſolitum illis etiam in quęſtione de fruitione San-

ctorum,

ctorum, & aiunt, & negant ex summa ignorantia, & malitia.) Precantur enim hoc modo: Βασιλεῦ οὐράνιε Παράκλητε τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁ πανταχοῦ παρὼν, καὶ τὰ πάντα πληρῶν ὁ θησαυρὸς τῶν ἀγαθῶν, καὶ ζωῆς χορηγὸς ἐλθὲ καὶ σκήνωσον ἐν ἡμῖν, καὶ καθάρισον ἡμᾶς ἀπὸ πάσης κηλῖδος, καὶ σῶσον ἀγαθὲ τὰς ψυχὰς ἡμῶν. Rex cœlestis Paraclite Spiritus veritatis, qui es vbique præsens, & omnia reples, Thesaurus bonorum, & vitæ Largitor veni, & inhabita in nobis, & purga nos ab omni labe, & salua qui bonus es animas nostras. Et Nazianzenus in Oratione 19. fermè à principio vocat Basilium, Πνεύματος καταγώγιον, Spiritus domicilium. Sic probatum est, non solùm dona, sed ipsum Spiritum sanctum largitorem donorum habitare in nobis: quòd autem procedat per Filium, manifestè pronunciat Damascenus de fide Orthodoxa capite 13. sic scribens: Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἡ ἐκφαντορικὴ τοῦ κρυφίου τῆς θεότητος δύναμις τοῦ Πατρὸς, ἐκ Πατρὸς μὲν δι᾽ Υἱοῦ ἐκπορευομένη, ὡς οἶδεν, οὐ γεννητῶς. Spiritus sanctus enunciatiua potentia arcanorum Deitatis Patris, ex Patre quidem per Filium procedens, vt nouit, non per modum generationis. Cyrillus etiam idem testatur in sermonibus ad Hermiam per interrogationem, & responsionem propè principium: Τρεπτὸν δὲ οὔπου τὸ Πνεῦμά ἐστιν, ἢ ἤπερ τοῦτο πέπονθε νοσεῖ ἐπ᾽ αὐτὴν ὁ μῶμος τὴν θείαν ἀναδραμεῖται φύσιν, εἴπερ ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ναὶ μὴν καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἤγουν ἐκ Πατρὸς δι᾽ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον Πνεῦμα. Non est autem Spiritus mutabilis, vel si hoc morbo laborat in ipsam Diuinam naturam cadit repræhensio, siquidem Spiritus est Dei & Patris, ita verò etiam Filij, qui substantia-

liter

liter ex ambobus, hoc eſt ex Patre per Filium procedit.

Notandum eſt autem dari, ſeu mitti Spiritum ſanctum, & dari dona iuſtis in tempore, præſupponere æternam productionem eius ab eo, à quo datur, ſeu mittitur, ſic enim tradit Baſilius Magnus in libro quinto aduerſus Eunomium fol. 123. in fine capitis ſecundùm editionem Pariſiorum, Ἐκπομπῇ γὰρ καὶ μεταδόσει Πνεύματος τὰ γινόμενα γίνεται, οὐκ ἐν χρόνῳ πρόεισιν τὸ προϊὸν ἐκ Θεοῦ, κἂν ἐν χρόνῳ τὰς ποιήσεις ἀποδιδῷ, Quæ fiunt emiſſione, & participatione Spiritus fiunt, nec in tempore procedit quod ex Deo procedit, quamuis in tempore effecta producat. Quod etiam Cyrillus fatetur in ſecundo libro theſaurorum in ſermone, cuius inſcriptio, Quòd ex ſubſtantia Patris, & Filij Spiritus ſanctus eſt: Ὅτε τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν ἡμῖν γενόμενον συμμόρφους ἡμᾶς ἀποδεικνύει Θεοῦ, πρόεισι δὲ καὶ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, πρόδηλον ὅτι τῆς θείας ἐστὶν οὐσίας οὐσιωδῶς ἐν αὐτῇ, καὶ ἐξ αὐτῆς προϊὸν, ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ τὸ ἐξ αἰθρωπείου στόματος ἐκτρέχον ἐμφήσημα, εἰ καὶ μικρὸν, καὶ οὐκ ἄξιον τοῦ λόγου τὸ ὑπόδειγμα. Quando igitur Spiritus ſanctus in nobis exiſtens (non tantum dona) conformes nos facit Dei, prouenit autem & ex Patre ac Filio, permanifeſtum eſt, quòd Diuinæ ſit naturæ ſubſtantialiter in ipſa, & ex ipſa proueniens. Quemadmodum profectò etiam inſufflatio ex ore humano excurrit, quamuis paruum, ac non ſatis aptum exemplum.

Vt autem ad rem noſtram, de qua nunc agimus propius accedamus, quærit in queſtione decima nona, vbi nam ſint prius receptæ hominum animæ?

Reſpon-

Respondet, peccatorum in Inferno, quem describit esse in centro terræ in tenebris, & vmbra mortis, & lacu infimo, & esse terram tenebrosam, & opertam mortis caligine. Iustorum verò in Paradiso, non enim, inquit, Christus aperuit Paradisum propter solam Latronis animam, sed ob reliquas omnes Sanctorum animas. Rectè istud dixerit aliquis (nisi forte per Paradisum terrestrem intelligat) sed statim subdit totum oppositum, in subsequenti enim quæstione vigesima quærit, num receperint iusti præmia, & peccatores supplicia? Respondet, nequaquam, & ponit quæ nobis à principio obiecimus. Præterea in quæstione ad Antiochum trigesima secunda quęrit, vtrum peccatores, qui degunt in Inferno, memoriam nostri habeant, negat. Siquidem pœna futura non sinit eos aliud cogitare, & non aduertit quòd eo ipso quod sint in Inferno cruciantur. Quęstione verò trigesima tertia dicit, αἱ τῶν ἁγίων ψυχαὶ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνεργούμεναι μετ' Ἀγγέλων ἐν χώρᾳ ζώντων Θεὸν ὑμνοῦσι, καὶ ἀγάλλονται. Sanctorum animæ à sancto Spiritu incitatę cum Angelis in regione viuorum Deum laudant & tripudiant. Vult itaque peccatores esse in Inferno, & nihil cogitare nisi pœnas futuras, & sanctos cum Angelis laudare Deum in regione viuorum, & tamen non recepisse pœnas, vel præmia, quæ sunt ἀκατάστατα, & planè contraria. Nam Deus est Deus viuorum, non mortuorum, Marci 12. Et si Sancti laudant Deum in regione viuorum, ibi necesse est, eos esse vbi degit Deus, & se manifestat, nimirum in Cœlo. Ex eo verò probat Nazianzenus Oratione in laudem Athanasij fermè à principio, Athanasium non solùm habuisse omnem virtutem, sed modò habere, cùm viuat apud

Deum. Πᾶσαν ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν εἶχε τὴν ἀρετὴν (ὁ Ἀθανάσιος) ἢ τόγε ἀληθέστερον εἰπεῖν ἔχει. Θεῷ γὰρ ζῶσι πάντες οἱ κατὰ Θεὸν ζήσαντες, κἂν ἐνθένδε ἀπαλλαγῶσι. καθ᾽ ὃ καὶ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ ἀκούει Θεὸς ὁ Θεὸς, ὡς οὐ νεκρῶν Θεὸς ἀλλὰ ζώντων. Quibus verbis probat, & Sanctos esse in Cœlo, & Deo viuere. Et si iusti cum Angelis laudant Deum, Angeli eorum semper vident faciem Patris. Quia tamen Author iste hæc mutuatus est à Iustino Martyre ex quæstionibus ad Orthodoxos quæstione 75. iam diximus, & probauimus eas non esse Iustini. Præterea quæstione trigesima quarta quærit, an peccatores afficiantur aliquo beneficio & concedit. Quando pro illis fiunt sacrificia & alia opera bona, quod etiam cum superioribus minimè quadrat, & est illis contrarium, si enim nondum puniuntur qualem consolationem percipiunt? Sed percipiunt, ergo in aliqua pœna existunt, & quod spectat ad animas, non illi expectant vniuersale iudicium, vt subeant pœnas. Quæ omnia inter se, vt ipsi Græci enunciant, non cohærent. Preterea quæstione 110. quærit, quomodo quidam Hæretici edunt signa. Respondet non esse mirum, multi enim in illo die dicturi sunt, Domine nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo prophetauimus? Quod etiam reperitur apud Pseudo Iustinum in quæstionibus ad Orthodoxos quęst 5.

Nota, hæc loca Scripturæ intelligenda esse de malis Christianis, catholicis tamen, non de Hæreticis, qui in comprobatione suæ falsæ fidei nulla vnquam possunt edere miracula, ita disponente Deo, ne miraculis decipiamur. Et Græci ipsi, qui versantur in multis erroribus, vt de Processione

Spiritus ſancti non ex Filio, de fruitione Sancto-
rum, quam negant, de Azymis, de hoc hoc ipſo Pur-
gatorio, de Primatu Papę, cęteriſque, faciant peri-
culum, an poſſint probare miraculosè vnum aliquem
ex iſtis erroribus.

Præterea in vltima parte quæſtionum, quæſtio-
ne vndecima quærit, ἐπὶ τοῦ Θεοῦ πόσα αἴτια, in
Deo quot ſunt cauſæ? Reſpondet, Ἓν αἴτιον ἐπὶ Θεοῦ
λέγω, καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ Πατήρ, αὐτὸς γὰρ ὁ Πατὴρ γεννᾷ τὸν
Υἱόν, καὶ ἐκπορεύει τὸ Πνεῦμα. λοιπὸν γίνωσκε ὅτι ὁ Πα-
τὴρ μόνος ἐστὶν αἴτιος, ὁ δὲ Υἱὸς οὐκ ἔστιν αἴτιος, ἀλλ᾽ αἰτια-
τός. Vnica eſt in Deo cauſa, & hæc eſt Pater, ipſe
enim Pater gignit Filium, & emittit Spiritum.
Quare diſce, quòd Pater ſolus ſit cauſa, Filius non
eſt cauſa, ſed cauſatus. Atqui Filius eſt cauſa
Spiritus ſancti ſecundùm Gregorium Nyſſenum in
primo libro contra Eunomium, quippe qui ait:
Συνάπτεται τῷ Πατρὶ ὁ Υἱός, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων,
οὐχ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν, οὕτω πάλιν καὶ τοῦ μονογενοῦς
ἔχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπινοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας
λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως.
Vt enim iungitur Patri Filius, & ab eo habere
eſſe, non facit poſteriorem ſecundùm exiſtentiam,
ita rurſus Spiritus ſanctus cum Vnigenito coniun-
gitur, ſolo mentis conceptu ſecundùm cauſæ ra-
tionem præintellecto (Filio) hypoſtaſi Spiritus.
Sic loquuntur Græcorum Patres. Quòd ſi alicu-
bi quidam dicunt, ſolum Patrem αἴτιον vt Damaſce-
nus & Maximus in epiſtola ad Marinum, intellige
προκαταρκτικῶς.

Et hæc quidem reperiuntur in 2. tomo typis excuſ-
ſo Græcolatinis in officina Commeliana hæretica Ge-
neuæ; At verò in antiquioribus libris Latinè impreſſis
tom.

tom.4. inueniuntur quædam aliæ quæſtiones vnà cum nonnullis ex iſtis permixtæ ad Antiochum principem ſub titulo S. Athanaſij diuerſæ, Valentino Ampelandro interprete. Quarum prima incipit, Vnde declarari poteſt, quòd creati ſint angeli? Et queſt. 23. citat illarum auctor verum Athanaſium, & ab eo diſſentit. Vnde non poſſunt eſſe Magni Athanaſij. Bellarminus autem, vt apparet, huiuſmodi librum habuit, qualis eſt in illo 4 tomo, & de illo facit iudicium, & eum taxando cenſurat. Ergo multas ineptias continet ille liber queſtionum, quem attribui Athanaſio, & ſub illius ſpecioſo & auguſtiſſimo nomine circumferri indigniſſimum eſt, & valde iniurioſum, cùm ille celebratiſſimus Pater & magnus Heros in dogmatibus fidei, norma extiterit ἀψαυδὴ ceterorum Theologorum proprijſſimè, & ſinceriſſimè loquentium.

Itaque auctor illarum quæſtionum quicquid habet boni abraſit ab alijs, de ſuo addidit ſemina ſchiſmatis, & hæreſeos; ea verò eſt infelicitas preſentis Greciæ; vt ex noſtris, qui videntur ſapientiores eſſe, & aliquid intelligere relictis, & neglectis pellucidis fontibus ſanctorum Patrum eminentiſſimorum & Eccleſie Doctorum, ad iſtas lacunas turbidas ſitim extinguere properent, & fœtidas muſcas imitentur, que ad cadauera putrida ſemper accurrunt, exiſtimantes ſe aliquid reconditum ſapientie plenum reperiſſe. Sed non plus vltra eſt in prouerbio. Que ideo refero, vt in poſterum eiuſmodi ſequi doctores vehementer illos pudeat.

FINIS.

2

005645946

